**G.400.23

Case 48

Shelf No ~~2280.7~~

FOUNDED 1852

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS

BOSTONIA CONDITA A.D. 1630. CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.

BOSTON PUBLIC LIBRARY

GIVEN BY

T. G. Bradford,

Oct. 23, 1860.

G1005.P7 1525 c99990590320E5

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Boston Public Library

http://www.archive.org/details/claudiiptolemaei00ptol

Translation of Ptolemy's Eight Books of Geography –

This volume is curious as it contains several very early maps of the New world, which in one of ~~what it~~ them is called <u>America</u> –

It contains, a Translation of the Eight Books by Billibald Pirkheimer, comprising 82 folios, regularly numbered, followed by the Annotations of Joannes Regiomontanus (Johann Müller of Königsberg) ~~The translation comprises 82 folios regularly numbered, the Annotation~~ fill only 13 folios not numbered, but ~~lettered at bottom~~ with signatures, & ~~are~~ followed by an Index & Maps – At the end of the Annotations is the ~~Date~~ (Colophon) –

Argentoragi Johannes Grieningerus (Grüninger) communibus Johannis Koberger (Hans Ko-burger) impensis 1525 –

2. On the title to the Index it is asserted Annexae sunt in calce hujus Ptol. operis viginti Neotericorum Tabulae, (although there are more than twenty)-

The thirteenth (not numbered however) is a map of the Atlantic Ocean with the western coasts of America, but the ~~that~~ American name does not appear - The annexed folio is entitled, Occidentalis Oceani seu Terre Nove Tabula -

On the map itself, a portion of South America is represented with the lettering Terra Nova, & Tebra (Terra) Papagalli; a part of North America is also represented with the lettering Parias

This is evidently the same map (or merely a repetition of it) as the one described by Humboldt (Exam. Critique de l'Histoire de la Géogr. du nouveau Continent, Tome IV. p. 120) who in describing ~~the~~ an edition of a translation of 1522, says it contains "une carte

répétée de l'édition de 1513, sur laquelle on lit en gros caractères, au milieu de l'Amérique méridionale, ces mots; Haec terra cum adjacentibus insulis inventa est per [Christophorum] Columbum Januensem ex mandato Regis Castellae - La description de la même carte se borne à une relation succincte du premier voyage de Colomb dans lequel les îles seules furent découvertes" -

After this map follow several other modern maps, not numbered, but with appropriate letter-press ~~descriptions~~ - These are followed by a second map ~~represented~~ representing also portions of the New World with the inscription terra papagalli on the part corresponding to S. America - This has no date & is not accompanied by any description -

Lastly is a similar map with the name America & an inscription at the top dated 1522 L. F. This is plainly the map described by Humboldt (Kosmos - Bd. III Anmk. 17 p. 490), as one occurring

in the edition of 1522, & the first which bears the name of America in any of the editions of Ptolemy. His words are, "Laurentius Phrisius (this is only the Latin form of his name Laurenz Fries) nennt den Hylacomylus (Waldseemüller author of the name of America) einen verstorbenen in der Strasburger Ausgabe des Ptolemaeus von 1522 – Die in dieser Ausgabe enthaltener von Hylacomylus gezeichnete Carte des Neuen Continents bietet zum ersten Male in den Ausgaben der Geographie des Ptolemaeus den Namen America dar –"

These two last-mentioned maps very possibly do not belong to this edition, but have merely been bound up with it as there are not tables accompanying them –

T. G. Bradford

The ~~first~~ earliest map in which the name America is introduced according to Humboldt, * is one accompanying an Edition of Solinus in 1520, constructed by Apianus (Bienewitz).

* Exam. Crit. V. 174 – Kosmos. 2, 190 –

Cf. S. F. G. Hoffmann. Lexicon bibliographicum, vol. 3, p. 500 [4135.4.3].

CLAVDII PTO LEMAEI GEO GRAPHICAE ENARRATIONIS LIBRI OCTO

BILIBALDO PIRCKEYM HERO INTERPRETE

Annotationes IOANNIS DE REGIO MONTE
in errores commiſſos a
IACOBO ANGELO
in tranſlatione ſua,

AMPLISSIMO PRINCIPI AC REVERENDISSIMO DOMINO SEBASTIANO EPISCOPO BRIXINENSI, BILIBALDVS PIRCKEYMHERVS S. D.

SII QVI ANTE NOS, Princeps ampliſſime, Ptolemæi Geographię manus adhibuere, ita ſuſcepto vſi fuiſſent officio, vt nil omiſſum videri poſſet, quod ad tam clariſſimi ſcriptoris mentẽ explicandã neceſſariũ foret, plane ſuperuacuus hic meus eſſet conatus, vtpote qui nil aliud, ꝗ rem iam antea actã, iterũ agere moliretur. Verum quum manifeſtius liqueat, ꝗ negari poſſit, ex tranſlationibus prioribus, vix vmbram quandã Ptolemaicæ venuſtatis & eruditionis ad latinas perueniſſe aures, operepreciũ non defuturum exiſtimaui, ſi et ego periculũ facerem, num forſitan ceptũ fœlicius mihi ꝗ prioribus ſuccederet interpretibus. Etenim cum duo (quantum ſcio) extiterint, qui librum hunc vertere ſunt auſi, Iacobus nempe Florentinus, & Ioannes Berenherus conterraneus noſter, Italus tamen, licet græca aliquantulũ calluiſſe videri poſſit, diſciplinas tamen Mathematicas ita ignorauit, vt plerũqꝫ nec ſemetipſum intellexerit. Germanus vero, tametſi in Matheſi admodum excelluerit, in græcis tamen adeo aliquando hallucinatus eſt, vt rebus potius caliginem obfuderit, ꝗ luminis aliquid attulerit. Ego vero, ꝗuis de eruditione mea, tam græca ꝗ Mathematica, non admodũ gloriari poſſim aut debeam, nullius tamen viri boni ac docti iuditiũ in hac mea trãſlatione formido, cum aſtipulante veritate affirmare auſim, illam & prioribus dilucidiorem, & magis ad Ptolemęi accedere mentem. Quia in re vel vnicus teſtis, Ioannes nẽpe de Regio monte, omnium Mathematicorũ noſtrę ętatis facile princeps mihi ſufficiet, authoritatẽ cuius in pleriſqꝫ me ſecutum eſſe, adeo non diſſimulo, vt etiam fragmenta adnotationum eius, quę penes neminem, preterꝗ me fuere, his meis lucubrationibus adiungi voluerim. Quis eruditus quiſqꝫ, potius mirari poſſit, quur nõ longe plura notarit, ꝗ ꝙ tam pauca perſtrinxerit, quod ij demum intelligẽt, qui noſtra cũ Gręcis, aut aliorum collaturi ſunt editione. Sane ſi maledoctus quiſpiã, aut inuidus labori huic meo obgannire auſus fuerit, ille ſciat, me tot iam annis & in publicis & in priuatis attritũ eſſe negocijs, vt non ſolum improborũ maledicta & calumnias nõ vereri, ſed & magnanimiter contemnere didicerim. Saltem hanc (vt ſpero) in negocio hoc euitabo Sycophantiã, ne Romã (vt antea mihi accidit) ad dicendũ fidei & Euangelij cauſam euocer, a viris merito laudandis, ſi tã idonei erunt ad reſtringendũ immane hoc ab eis per Germaniã conflatum incendiũ, quemadmodũ antea fuerunt ſtrenui ad ſuſcitãdũ. Quin nec mea refert, ſi quibuſdam leuiora, ꝗ exiſtimatio mea, aut legalis admittat ſcientia, egiſſe videbor, id enim quoſdã ſuſurrare iam audio, atqui hoc pridẽ non ſolũ mihi, quũ ſacras quoqꝫ tractarẽ litteras, ſed longe etiã clariſſimis obiectũ eſſe viris ſcio, cui enim parceret inuidia? Verũ cum nec gloriam (cuius iam me tenet ſatietas) venari cupiã, nec diuitias (quas mihi alioqui diuina benignitas vel abunde conceſſit) querã, nullum mihi ſtudium vile erit, dũmodo ſit honeſtũ. Patiantur igitur ſuaues illi viri, animo me aliquantulũ meo morem gerere, meiſqꝫ nõ penitus aſpernandis perfrui delicijs, cum nec ego multifarijs eorũ inuideã voluptatibus, forſitan ita fata tulere mea, vt dũ alius alijs indulget oblectamentis, ego interim tanꝗ plane a negocijs feriatus, in piſtrino me torqueã litterario, non ſine bonę valetudinis diſpendio, amicorũ obiurgatione, vulgi deniqꝫ riſu & ſubſannatione, a qua nec olim militum meorũ abſtinuit petulantia, cũ me in caſtris nonnunꝗ libellos manibus tenere, ac inter bellicũ furorem lectioni operam impendere viderent. Perſuaſum enĩ habent Germani, literis animum effeminari virilẽ, nec quẽquã manu ſtrenuũ pariter et eruditione clarum eſſe poſſe. Sed rideat quiſqꝫ vt lubet, meũqꝫ tam ambitionis ꝗ lucri ſubſannet contemptum, dũmodo et mihi ſtudia honeſta, nulliqꝫ viro bono culpanda tractare liceat, quin vt magis mihi illudãt emuli, ſciant nihil ęque me poſt ſacras litteras ac Mathematicas oblectare

diſciplinas,ſine quibus omnis philoſophia,precipue v͛o Platonica manca eſt,etiā ſi illis longe adhuc abiectiores & inertiores viderētur. Nō deerunt forſitan qui mihi ob hanc nauatam operā,bene precētur,precipue ij,qui haud difficulter intelligent,quantum mihi in ea laboris exhauſtū, quantūqꝫ tedij deuoratū fuerit, teſtabor & obiter me inter viuos aliquādo egiſſe. Proinde cum nihil in rebus humanis adeo perfectū & abſolutū exiſtat, vt omni careat menda, ac reprehenſione, nec me lateat pleraqꝫ in hoc opere ita deprauata eſſe,vt haud quaq̄ꝫ vnico reſtitui poſſint mométo,vnūquēqꝫ ſyncerū, & in Mathematicis eruditum ac exercitatū, (nam alias manū ne admoueat) hortor & obſecro virum, vt ſi quid vel ob exemplarioꝝ vitium,ſeu interpretis incuriam, aut ſcriptoris oſcitationē, authoris menti parū reſpōdeat,rationibuſue quadret mathematicis, candide illud emēdet, ac benigne corrigat. Etenim palā cernere eſt,non ſolū greca,ſed et latina, ex diametro fere inter ſe diſcrepare exēplaria,precipue vero in cōputatione numerorū,vbi ego fidem meā haud quaq̄ꝫ interpono,quū toties vitiantur, quoties ab indiligēti deſcribuntur notario, nec mirū, cum greca hæc elementa. Γ. Ϛ. S. S. eam inuicē referant ſimilitudinē, vt plerūqꝫ aliud pro alio ſubſtituatur,ac ideo vbi ternarius aliq̄n numerus legi deberet, ibi ſenariū aut ſextantem adnotatū inuenies, & econuerſo. Quin ſi ob ſcriptoris negligentiā, nulla Γ. nota addita fuerit,iam pro tertijs duabus, vnicā ſolū intelliges. Talia itaqꝫ cum multa paſſim occurrant,peculiarem tamen in libro octauo locū ſibi vendicarunt, ibi enim plus q̄ꝫ in quadringentis locis,non diei longitudo,nō locorū a meridiano Alexandrino diſtantia,non ſolis tranſitus verticalis,cum veritate conueniebat,adeo, vt impoſſibile mihi fuiſſet, tot reparare mendas, ni omnino reiectis exemplaribus, ad veras & mathematicas confugiſſem rationes. Nec mirū ſi ob numerorum inuerſionē tot errores in prophanas irrepſere literas,quū nec ſacre remanſerint incontaminate. Qꝫ enim apud Marcum legitur Euangeliſtam, Saluatorē noſtrū hora tertia affixū cruci fuiſſe, apud tres v͛o reliquos hora ſexta, ob nullam aliā accidit cauſam, q̄ꝫ ꝙ ſub initiū ſcriptor parū diligens pro nota. Ϛ .interpoſuerit. Γ. quod cum in tanta numerorū contigerit varietate,quid de librorū illorū cenſendū erit certitudine? vbi cuncta non niſi numeris tranſigūtur. Porro quantū temporis & laboris,in ſola armillari cū orbe ſphera mihi inſumptū ſit,nemo nouit, niſi qui et ipſe in ſimilibus periculum fecit,ibi enim non ſolū numeri, ſed & literarum notæ, linearū deductiones,omnia deniqꝫ adeo deprauata ac inuerſa erāt, vt penitus inter ſe diſſiderent ac pugnarēt,planeqꝫ coniectore aliquo indigerent. Verū ni fallor, ita reſtituta ſunt ſingula,vt non minus authoris menti, q̄ꝫ rationibus quadrent mathematicis. Sane nec hoc ſilentio pretereundū, ꝙ cuncta tā greca q̄ꝫ latina, que mihi obtigere exemplaria,nonnihil in diſtantia parallelorū a circulo variant equinoctiali. Ceterū ego eum ſecutus ſum numerum,qui ὡς αἱ γραμμαὶ καὶ δείξεις ἔγγιστα ὑποβάλλουσι (vt Ptolemei verbis vtar) verior exiſtit,licet ſi quis nos imitatus per mathematicas demonſtrationes, aut rationes calculi, paralleloꝝ noſtro tempore diſtātiam a maxima ſolis declinatione,que partiū.23. ſcrupulorūqꝫ.29.eſſe cenſetur,ſumere velit,nō paruā a priſca illa, quæ Ptolemei etate partiū fuit.23.ſcrupulorū vero.50. varietatem deprehendet,ob Eclyptice forſitā octaui circuli motū. Hec ideo retuli,vt Geographie ſtudioſis,cogitandi et inquirēdi occaſionē ſuggererē,qui etiā ex Ptolemei iſtitutione,loca,que noſtro euo exactiori cura & diligentia obſeruata ſunt,induſtria ſua emendare curabunt,id ſi fiet,breui Ptolemei noſtri maieſtatē ad priſtinū ſuū nitorem reſtitutū iri cōfido. Ego quidē ſi Deus permiſerit,nouas aliquādo tabulas edere conſtitui,meridianis equediſtantibus, vt Ptolemæus iubet, et haud quaq̄ꝫ inclinatis,quo lōgitudo recte ex vtraqꝫ tabule extremitate, cū latitudine, conueniat, conſeruabitur & certa parallelorū ratio,non ſolū cum meridianis, ſed in vera quoqꝫ ab equinoctiali diſtantia,ac quantitate diei, ijs locis pro fundamento poſitis, quæ noſtro etiam tempore diligentiori obſeruatione ſunt rectificata, quū haud quaq̄ꝫ ſit obſcurū, q̄ꝫ non quadret hac noſtra etate, in locis pleriſqꝫ maxime Danubianis, Ptolemæi conſideratio tametſi non deſit,quod illū poſſit, & ab errore & negligentia excuſare, ꝙ ſi aliter ſuperis viſum fuerit,non deerūt tn̄,qui his noſtris inſiſtētes veſtigijs, ea que inuida nobis denegarunt fata,euentu abſoluent fœliciori. Cæterū vt tandē ad te Princeps illuſtris reuertar

(nā in Geographię nūc laudibus per ſe claris verſari nil attinet) hunc laborē meū nemini potius q̄ amplitudini tuę dedicandū eſſe cenſui, non ſolum ob pręcipuā, quā in mathematicis diſciplinis tenes ſcientiam, necnō virtutes alias tuas innumeras, quæ te & merito quidem citra vllum fortunę ſubſidiū in tanto collocarunt faſtigio, ſed etiā propter amicitiā noſtrā vetuſtā, ſingularēq̄ animi tui fauorē, quo me multis iā proſecutus es annis, pręcipue quoties apud Inuictiſſimū & nunq̄ oblitterandę memoriæ Cęſarem noſtrum Maximilianū, in patriæ cauſis Legati munere functus ſum, tecq̄ pręſentem eſſe contigit. Quinetiā cum nuper in magno hoc conuentu imperiali, hac in vrbe celebrato, inter ſummos adeſſes principes, nec ego amplitudinem tuam officij gratia pre valetudine aduerſa viſitare poſſem, tu veteris non immemor humanitatis et conſortij noſtri, omni depoſito faſtu, vltro ad ædes meas accedere, ac tua me pręſentia honorare ac ſolari voluiſti. Quapropter vt & ego, eam ſaltem quā poſſem animi gratitudinē oſtenderē, te vel tenui hoc demereri volui officio, quo & obſeruantię in te meę pignus aliquod haberes, ac Ptolemęus noſter tanto ſuffultus patrono, tutior in publicum exiret, & a vitiligatorū dentibus foret ſecurior. Ea igitur Princeps colendiſſime, qua ſoles benignitate, animi potius obſequium, q̄ munuſculi ſuſcipe paruitatem, ac Ioannis de Regio monte, triangulorum, quos penes me vidiſti libros, necnon eiuſdē Theonis contra Trapezuntiū defenſionē, breui expecta, ac interim fœliciter viue. Norenbergę. Kalendis ſeptembris. Anno Salutis noſtrę. M.D.XXIV.

CLAVDII PTOLEMAEI
GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS LIBER PRIMVS, IN QVO HAEC CONTINENTVR

1 In quo differat Geographia a Chorographia.
2 Quænam ſint ad Geographiam præſupponenda.
3 Qualiter ab ſtadiorū numero alicuius diſtātię rectæ (licet non ſub eodē fuerit meridiano) ambitus huius ſtadiorum numeri ſumantur & econtra.
4 Quod ea quę ex apparētibus obſeruata ſunt, pręferri debeāt ijs, quę ex peregrinationis comperta ſunt hiſtoria.
5 Quod hiſtorijs nouiſſimis magis ſit adherendū propter mutationes, quę p tempora accidunt in terra.
6 De Geographica Marini enarratione.
7 Rectificatio diſtātię latitudinis terrę cognitę ex apparētibus, ſecundū Marinū.
8 Eadem rectificatio ab emenſion itinerum.
9 Eadem rectificatio a nauigationibus factis.
10 Q; non oporteat Aethiopes ſupponere meridionaliores, q̄ ſit parallelus o[illegible]tus per Meroem.
11 D[illegible] quę ad longitudinē orbis non recte a [illegible]rino ſunt excogitata.
12 Emendatio longitudinis terrę cognitę a peragrationibus.
13 Eadem emendatio a nauigationibus.
14 De nauigatione a Cheroneſo aurea ad Cattigara.
15 De ijs, quæ in particulari expoſitione Marini diſſentiant.
16 Q; eum latuere quædā in prouinciarum terminationibus.
17 In quibus ipſe diſſentit ab ijs, quæ noſtro euo hiſtorijs ſunt prodita.
18 Q; ſint inutiles Marini cōpoſitiones ad deſignationem orbis.
19 De cōmoditate enarrationis noſtrę ad deſignationem orbis.
20 De menſuratione incōcinna Tabulæ Geographicę, a Marino compoſitę.
21 Quęnam obſeruand.. ſint in deſignatione fienda in plano.
22 Qualiter oporteat orbem in ſphera deſcribere.
23 Expoſitio meridianorū & parallelorū, qui deſcriptioni ſunt apponendi.
24 Modus per quem orbis in plano ita deſcribi poſſit, vt cōmenſuratione ſimilis ſit poſitioni ſphericæ.

IN QVO DIFFERAT GEOGRAPHIA A CHOROGRAPHIA.

CAPVT ·I·

GE Ographia imitatio eſt picturæ toti⁹ partis terræ cognitæ, cum ijs, quæ ſibi quaſi vniuerſaliter ſũt ãnexa Differt autem a Chorographia, nam illa per partes loca reſecat, ſeorſumq; ſingula & vnũquodq; iuxta ſe conſtituit, ac ferme omnia etiã minutiſſima illa, quę deprehendere poſſumus deſcribit, veluti portus, vicos, populos, necnon a primoribus fluminibus diuertigia, et his ſimilia. Geographię aũt ꝓpriũ eſt, vnã & cõtinuam terrã cognitã oſtendere, queadmodũ ſe habeat natura et poſitione, eaq; ſolũ in omnino dęphenſibilioribus verſatur deſcriptionibus, veluti ſinuũ et ciuitatũ magnarũ, gentiũ quoq;, & fluuiorũ, necnõ circa ea, q̃ ſecundũ ſpeciẽ vniuſcuiuſq; ſunt inſigniora. Porro finis Chorographic⁹ cõnexione particulari cõtinet, veluti ſi quis aurẽ tantũ aut oculũ imitetur. Geographic⁹ aũt cõtemplatione totius, proportionaliter ijs, qui integrũ caput deſcribunt. Quũ enim omnibus, quę ſupponũtur imaginibus, p̃cipue partes neceſſario atq; in primis adaptentur, ac etiã quę picturas excepturę ſunt, diſtantijs, ſufficienti remotione oculorũ cõmẽſuratę eſſe debeant, ſiue perfectum ſit quod pingitur, ſiue particulare, quo cuncta ſenſibiliter percipi valeant, rationabiliter ſimul & vtiliter ſequutum eſt, vt Chorographię minutiſſimę proprietates, Geographiæ aũt regiones ipſę, cũ ijs quę vniuerſaliter eis adiacẽt, attribuãtur. Quoniã & primarię orbis partes. Regionũ nempe ſitus, tã magnitudine q̃ mẽſuratione recte ſunt, coordinatę, at inter has ipſas, vt ſeſe habeant, q̃ plurimę ſunt differẽtię.

Verſatur aũt Chorographia vt plurimũ circa quale magis diſponendũ, q̃ circa quãtũ, ſiquidẽ vbiq; qualitatis curã gerit, at nõ ita cõmenſurationis poſitionũ. Geographia aũt circa quantũ magis, q̃ circa quale, quandoquidẽ in omnibus diligentẽ proportionis diſtantiarũ rationẽ habet, ſimilitudinis vero vſq; ad maximarũ partiũ circũſcriptiones, & iuxta figuram ipſam tantũ, vnde illa quidẽ locorũ eget pictura, nemoq; eã recte exercebit, niſi vir pingendi gnarus, hæc vero nequaq;, nã per lineas etiã tenues, ac denotationes tantũ, poſitiones, et vniuerſi figurationes oſtendere poteſt. Quapropter illa quidẽ haud quaq; mathematico indiget ĩſtituto, hic vero pars ea pręcipue requiritur. Conſiderare enĩ oportet, & totius terrę figurã ac magnitudinẽ, necnon ſitum eius ad cœlũ, quo cognita ipſius pars, quanta ſit, & qualis, recenſeri poſſit. Inſuper & loca eius ſingula, ſub quib⁹ celeſtis ſphærę ſita ſint parallelis. Ex quibus & noctiũ et dierum magnitudines, & quęnam ſtellę fixæ verticales fiant. Et quę ſuper terrã, quęq; ſub terra ferantẽ ſemꝑ, ac omnia quę de habitationis ratione cõnectimus, percipi poſſunt. Quę cuncta ſublimiſſimę ac pulcherrimæ ſunt ſpeculationis, quũ humanis deprehenſionibus, per Mathematicas rationes oſtendi poſſit, quo pacto cœlũ ipſum natura ſe habeat, quoniã nobis magna ex parte cõſpicuũ eſſe poteſt. Terra autẽ per imaginẽ, quia licet certa ſit & maxima, non tamen nos circũambit, neq; tota ſimul, neq; particulatim ab eiſdẽ hominibus peragrari poteſt.

QVAENAM SINT AD GEOgraphiam preſupponenda

CAPVT ·II·

QVIS igitur finis ſit eius, qui Geographiã exercere velit, ac ĩ quo differat a Chorographia, ꝑ hęc quaſi ſummatim ſit notatũ. Cũ vero in preſentiarũ ſit propoſitũ [n]oſtrę habitabilis deſcribere orbẽ, vt q̃ maxime cũ veritate congruat, neceſſarium [a]rbitramur

p̄mittere, peregrinationis hiſtoriā eſſe, q̄ notitiā p̄ſtet ad inſtitutionē talē, vtpote que plurimū afferat cognitionis, ex traditione eorū, q̄ p̄diti ſciētia ſpeculatiua, regiones p̄ticulatī peragrarūt. Quodq; cōſideratio ac traditio hęc parti ſit geometrica; partim vero ſuperiorū conſtet obſeruatione, ſiquidē ad Geometriā ſpectat, q̄ per ſubtiles diſtantiarū dimēſiones, locorū inter ſeſe poſitiones reddātur manifeſte, ad obſeruationē aūt ſuperiorū, q̄ idem fiat per apparentia, ex inſtrumētis, quibus aſtra & vmbrę obſeruātur, quod et p̄fectius eſt & certius, alterū aūt difficilius, ac illius indigens ope. Primū enim quū neceſſarium exiſtat, vt ſupponatur, ſecundū vtrūq; modū, ad quānam mundi poſitionē, duorū locorum inquiſitorum diſtantia vergat. (nō enī ſimpliciter, aut ſolū hoc ſcire oportet, quantum locus vnus diſtet ab alio, ſed quonā verſus, hoc eſt vt dicere ſciamus; nū ad ſeptētrionē, aut ortū, ſiue ad partiliores eorū inclinationes tēdat) impoſſibile eſt, exacte hoc conſiderare, abſq; obſeruatione; quę per predicta fit inſtrumēta, per quę in omni loco ac tēpore facile, & lineę meridianę poſitio oſtenditur, et per ipſam ignotę locorū diſtātię. Inde & hoc concedi neceſſe eſt, dimenſionē, quæ p̄ numerū fit ſtadiorū, haud quaq; certā nobis iuxta veritatē p̄bere deprehēſionē, quoniā raro in vias rectas incidere contigit, propter circuitus varios, qui & euntib⁹ et nauigantibus occurrere ſolent. Et quia neceſſe eſt, ad rectitudinē inueniendā, id, quod in vijs, tā ex qualitatibus, q̄ ex quātitatibus redundat, cōiecturādo tantū, ab integris ſubtrahere ſtadijs. In nauigationibus aūt ventorū flatus, qui vt plurimū vires eaſdem haud ſeruant, ad dijudicandū penitus norma carent. Inſuper licet diſtantia quędā inter duo loca emenſa exacte cognita fuerit, nō ideo tamen ratio ipſius ad totius terræ ambitū, nec poſitio, vtrū ad ęquinoctialem ſeu polos tendat, patebit. Dimenſio vero quæ fit per cœli apparentia, certā de ſingulis his cognitionē affert, oſtenditq; qualeſnā circūferentias inuicem per loca ſubiecta deſcripti intercipiāt circuli, paralleliq;, et meridiani, hoc eſt paralleli circūferentias, quę incidunt inter ipſos, & ęquinoctialis & meridianorū, illi aūt eas, q̄ continent ab ipſis, & ęquinoctialis, & parallelorū, ac etiā qualē circūferentiā duo intercipiāt loca, circuli illius, qui in terra maximus ſcribit. Nihil deniq; ſtadiorū indiget dinumeratione, ſiue ad rationē earū partiū, quæ a terra ſunt, ſiue ad deſcriptionis circuitū vniuerſum, ſufficit enī ſupponere ambitū telluris in partes quotquot voluerimus, per totidemq; partes oſtendere diſtantias in circulis maximis, ſuper telluris ſuperficie deſcriptis. Sed forſitā ad diuidendū noſtris dimenſionibus totum ambitum, aut partes illius in ſubiecta ac nota interualla hęc minus ſufficient. Ideo huius rei gratia ſolum, neceſſe fuit viam quandā rectam adaptare, circūferentię, quę iuxta continentiā, ſimilis eſſet maximo circulo, ac rationē huius ſumere, ad circulū qui fit ex apparētibus, ſtadiorū v̄o numerū, qui ſub ipſa continetur, ex dimenſione quæ fit a parte data, ſicq; multitudinē ſtadiorum totius ambitus demonſtrare. Cum enim ex mathematicis p̄ſupponatur, continuā et terrę & maris ſuperficiē, quaſi per totas partes eſſe rotundam, & idem centrum habere cum ſphera cœleſtiū, ſequitur etiā, ſingulas ipſi⁹ inciſiones cōmunes, quę ex centro in planū, necnō ex dictis emittūtur ſuperficiebus, maximos in ſemetipſis facere circulos, anguloſq; in ipſo plano ad centrū cōcluſos, ſimiles circulorū intercipere portiones, diſtantiarū earū, quę in terra ſunt, ac ideo quantitatē ſtadiorū, vbi directa fuerint, ex dimenſionibus accipi poſſe, rationē vero quę ad totū eſt ambitū ex ipſis quidē nullatenus, propter defectū pertingentię parabolę. A ſimili autem circūferentia circuli cœleſtis, recte ſumūtur, quoniā ratio illius ad propriū ambitum deprehendi poteſt, eadē aūt fit & a ſimili parte circa terram, ad circulum in ea maximum.

QVALITER A STADIORVM NVMERO ALICVIVS DISTANTIĘ RECTĘ, licet nō ſub eodē ſit meridiano, ambitus huius ſtadiorū numeri accipiatur & contra

CAPVT III

QVI ante nos fuerūt, non ſolū rectā diſtantiam in terra inquirebāt, vbi maximi circuli facit circūferentiam, ſed eā, quoq;, q̄ poſitionem in vnius meridiani plano haberet,

per Sciotherosq; obſeruabāt ſigna d .o, quę ſuper verticē erant, diſtantię, iuxta circūferentiā, quę ibi ſub ipſis intercipiebatur meridianis, quę ſimilis eſſet itinere, quūq; hęc ſingulatim, vt diximus, in plano conſtituebantur, lineę rectę, q̄ per extremitates ad ſigna, quæ ſuper verticē erant egrediebantur, inter ſe cōcurrebant, quia centrū circulorum, cōmune erat coincidentię ſignū. Quanta igitur apparebat circūferentia, quę inter ſigna erat verticalia, ac pars eſſet circuli, qui per polos ſcribitur, tantā etiā ſupponebant in terra diſtantiam ambitus totius. Vnde ſi etiā non per polos circulū ſecundū dimēſam ſumpſerimus diſtantiā, ſed a quolibet maximorū, propoſitū oſtendi poteſt. Idē nobis patebit, ſi per inſtrumentū, quo ſublimiora conſiderātur, eleuationes poli in terminis fuerint obſeruatę, necnō poſitione animaduerſa, quā diſtantia ad aliū habet meridianū. Per quod etiam Meteoroſcopiū multa alia vtiliſſima facile depręhendere poſſimus. Sed et quolibet die et nocte iuxta obſeruationis locum eleuationem poli Borealis. omniq; hora ſitū meridionalē, necnon habitudines declinationū ad ipſum, hoc eſt, quales faciat angulos per viam deſcriptus circulus maximus cū meridiano, ad ſignum quod eſt ſuper verticem, per quos ſimiliter quęſitam circūferentiā ex ipſo oſtendimus Meteoroſcopio, & eam quoq;, quę inter duos intercipitur meridianos. quū alij fuerint q̄ ęquinoctialis paralleli. Ita vt per talem modū, ſi ſolum diſtātia vna recta in terra fuerit dimenſa, totus etiam numerus ſtadiorū, quos ambitus continet, inueniri poſſit. Per hęc inde reliquū, necnon aliorum itinerū interualla, etiā ſine dimēſione cognoſcuntur, licet non penitus fuerint recta, neq; ſub eodē meridiano aut parallelo conſtituta, dūmodo id quod ad omnem inclinationem proprium eſt, diligenter accipiatur, pariter & terminorum eleuationes obſeruentur. Rurſus etiā per rationem circūferentię, quę diſtantiam extendit ad circulum maximum, ſtadiorum quoq; multitudo a depręhenſo totius terræ ambitu facile conſiderari poteſt.

QVOD EA QVAE EX APPARENTIBVS OBSERVATA ſunt; præferri debeant ijs, quæ ex peregrinationis comperta ſunt hiſtoria.

CAPVT IIII.

IGITVR quū hæc ita ſe habeant, ſi ij, qui particulatim regiones peragrarunt, talibus quibuſdam obſeruationibus vſi fuiſſent, certam penitus orbis deſcriptionē facere potuiſſent. Verum quū ſolus Hipparchus, nobis paucarum ciuitatum (reſpectu tantæ multitudinis, quam in Geographia deſignare neceſſe eſt) eleuationes poli Borealis tradiderit, eaſq; eidem ſubiectas parallelo. Quidam vero cum illis pariter loca quędam oppoſita, non quæ ęqualiter ab æquinoctiali diſtarēt, ſed quę plane ſub eodem eſſent meridiano, ex eo q̄ mutuæ eorum nauigationes ſecundę, ad arctum vel notum tenderēt. diſtantiæ vero q̄plurimæ, & pręcipue illæ, quæ ad ortum vel occaſum vergunt, imperfectiorem aſſequutę ſunt traditionem, non incuria eorum, qui hiſtorias condiderunt, ſed ideo forſitā, quia conſiderationes mathematicales nondū exactæ erant perceptæ, nec adhuc multę defectiones Lunares eodē tempore, in locis diuerſis obſeruatę fuerant. Nā litteris mandatum eſt Eclipſim eam, quę hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini apparuiſſe ſecunda. Ex quibus manifeſtū redditur, quantis temporibus ęquinoctialibus inter ſe loca diſtent, ad ortum vel occaſum. Rationabile quoq; erit, & his conſequens, eum qui Coſmographiam tractare velit, ea loca, quę per diligentiores obſeruationes deprehenſa ſunt, deſignationi ſuę tanq; fundamenta quædam pręſupponere, quæ vero ab alijs tradita ſunt, his adaptare, quouſq; poſitiones eorum inuicem, cum ijs, quæ prius fuerunt obſeruata, tanq; traditionibus certiora, potiſſimum congruant.

QVOD HISTORIIS NOVISSIMIS magis ſit adherendũ, ꝓpter mutationes quę per tempora accidunt in terra

CAPVT ·V·

IGITVR deſcriptionis aggreſſio, tali forſitan cõtinet ꝓpoſito, verum quũ in omnibus locis, quę non penitus vel propter magnitudinis exceſſum, vel quia nõ ſemp eodẽ ſe habeãt modo, dephenſa ſunt, ſemper vnũ quodq; tẽpus hiſtoriã, tanq; certiorẽ ꝓferre ſolet, ita etiã in Geographia accidit. Cõſtat enim per ipſas temporũ traditiones, multas partes continentis terrę, quę a nobis habitat, nondũ propter difficilẽ magnitudinis peragrationem ad notitiã perueniſſe. Quaſdam vero non tales ac fertur eſſe, eorum culpa qui hiſtorias exceperunt fabuloſiſſimas. Nonnullas aũt nunc longe aliter q̃ olim habere, vel propter particulares earũ deuaſtationes, vl' etiam immutationes. Vnde neceſſe eſt, vt ibi nouiſſimis tẽporis noſtri traditionibus, penitꝰ quaſi adhereamus, obſeruãtes obiter et hiſtorię antiquæ expoſitionẽ, necnõ prædictorũ dijudicationẽ, vt liquere poſſit, q̃d fide dignum, quidue ſit erroneum.

DE GEOGRAPHICA MARINI enarratione

CAPVT ·VI·

MARINVS itaq; Tyrius, nouiſſimus eorũ qui noſtro fuerunt tẽpore, ꝑti huic ſummo ſtudio ĩcubuiſſe videtur. Patet enim plurimas eũ hiſtorias euoluiſſe, vltra eas etiam quę prioribus cognitę fuerant temporibus, ac ſcripta fere omniũ qui eum p̃ceſſere, diligentiſſime percepiſſe. Quoniam ea quę minus decenter, tã a priſcis illis, q̃ a ſemetipſo credita fuerant, decenti primũ rectificatione exornauit. Quemadmodum ex editionibus ipſius, emendationis tabulę Geographicæ, nam plures ſunt, conſiderare licet. Proinde ſi cerneremus, nihil in vltima ſua deeſſe cõpoſitione, poſſemuſq; ex ſolis monimentis illis, orbis deſignationẽ perficere, nullũ vlterius in hac re laborẽ ſuſciperemus, verũ cũ maniſeſte liqueat, quędã eum cum minus fide digna ꝑceptione collegiſſe, ſepius prętere a in deſcriptionis inſtitutione, nec facilitatis, neq; dimenſionibus debitam curam habuiſſe iuſte moti ſumus, vt viri huius negocium ſuſceptũ, quantũ operepreciũ arbitramur, ad rationabiliorẽ et vtiliorem reducere mus modũ. Quod quidẽ q̃ ſuccinctius poſſimus, facere conabimur, cõſiderantes, breuibus nos ea, q̃ ad vtraq; ſpeciẽ conferũt, ratione quadã conſequi poſſe. Ac primũ quidẽ ab hiſtoria initiũ faciemus, ſecundũ quã exiſtimat ipſe, & longitudinem terræ cognitæ plus ad orientem, latitudinẽ v̄o ad meridiẽ ꝓduci oportere. Deinde forſitan non inepte totius ſuperficiei diſtantiã, ab ortu occaſum vſq;, longitudinem, eã v̄o quæ eſt ab arcto, meridiem verſus latitudinem vocabimus. Quoniã & parallelos, iuxta motũ cœleſtem, eodẽ appellabimus nomine. Sed & vniuerſaliter quidẽ diſtantię maiori, recte, longitudo eſt attribuenda, ſiquidem plane hoc ab omnibus conceſſum eſt, ꝙ orbis terrarum diſtãtia, ab ortu verſus occaſum, lõge maior exiſtit, q̃ ea quę a ſeptẽtrione eſt ad meridiẽ.

RECTIFICATIO DISTANTIAE latitudinis terrę cognitę, ex apparẽtibus ſecundum Marinum

CAPVT ·VII·

PRIMVM igitur latitudinis terminũ pręſupponit ipſe Thylẽ, ſub parallelo, qui borealiſſimã terræ nobis cognitæ ptẽ ſegregat. Parallelũ v̄o hunc demõſtrat ab ęquinoctiali diſtare ad ſummũ partibus.63. qualium eſt circulus meridianus trecentarum ſexaginta. Stadijs vero milibus triginta, ac inſuper mille quingentis, ita, vt pars vna quingenta ferme cõprehendat ſtadia. Deinde Aethio

pū regionem, q̄ vocatur Agiſymba; & Praſſum pmontoriū, ſub eo ponit parallelo, qui auſtraliſſimū terrę cognitę finit terminum, quē etiā ſub hyberno ponit tropico, Ita vt ſecundū ipſum, tota orbis latitudo, iūcto tropico hyberno, ptiū fiat octuaginta ſeptē, ſtadia vero cōpleat quadraginta & tria millia quīgenta. Quī etiā rationabile finis auſtral' demōſtrare conat', p apparentia q̄dā, vt ipſe putat, necnō p itinera, q̄ & terrā & mari hiſtorijs ſunt prodita, quæ ſingula quaſi ex tranſcurſu conſideranda erunt. Sane in enumeratione apparentiū, cōpoſitione ſua tertia, ita ait. Zodiacus in zona torrida totus ſup ipſam apparet, quapropter in ea trāſmutant' vmbrę, ac omnia aſtra occidunt et oriuntur. Sola aūt Vrſa minor tota ſupra terrā apparere incipit, in borealioribus Ocele, ſtadijs quinq; milibus quingentis. Parallelus enī per Ocelē ptibus eleuatur vndecim ac quīta duplici. Ab Hiparcho aūt traditur, minoris Vrſę ſtellā auſtraliſſimā, vltimā aūt caudæ, a polo diſtare, partib' duodecī, quītiſq; duabus. Porro ijs inquit, qui ab æquinoctiali ad ęſtiuū progrediūtur tropicū, polus borealis ſemp plus ſupra horizontē attollitur, auſtralis vero plus ſub horizonte deprimit'. Qui vero ab ęquinoctiali ad brumalē pergūt tropicū, ijs polus auſtralis ſupra horizontē eleuatur. Borealis vero ſub horizonte mergit'. Igitur per hęc ſolū exponit, quę accidere debent locis, q̄ ſub ęquinoctiali ſunt, vel inter tropicos poſita. Atqui, ſi etiā ita ſe habeat hiſtoria, apparētia tñ in locis, ęquinoctiali auſtraliorib', nequaq; appoſuit, veluti quenā ſtellę ſuper verticē fiant, in locis illis, q̄ ęquinoctiali ſunt auſtraliora, aut quantū ad auſtrū declinent vmbrę meridianę in ęquinoctijs, vtrūue Vrſę minoris ſtellę omnes oriātur aut occidant. Ac rurſus q̄nā ex ipſis penitus nō appareant, quū polus auſtralis ſuper horizontē eleuatur. In cęteris inde dicit, q̄dā obſeruata eſſe apparētia, verū nec illa propoſitū vllo pacto oſtēdere poſſunt. Ait enī eos, qui ex India in Lymyricē nauigant (queādmodū narrat Diodorus Samius in tertio) Taurū in medio habere cœlo. Pliades vero ſecundū antemnas medias. Qui v̇o ex Arabia in Azaniam feruntur, nauigationē dirigere ad meridiē & ſtellam Canobū, quę ibi Equus vocatur, eſtq; auſtraliſſima. Cæterū aſtra q̄dā apud illos apparēt, quæ apud nos ne nominantur quidem. Caniſq; Anticane prior oritur, & Orion ante cōuerſiones eſtiuas totus. Ex his igitur ſtellis apparētibus, q̄dā manifeſte oſtendūt, quęnā habitatiōes ęquinoctiali ſint borealiores, veluti Taurus et Plias, quę ſuper verticē fiunt, nā aſtra hęc ęquinoctiali ſunt borealiora, q̄dā aūt nihilo magis borealiorib' auſtraliores eſſe demonſtrant. Canob' enim apparere poteſt etiam ijs, qui longe ęſtiuo tropico ſunt ſeptentrionaliores. Multæq; ſtellę, quę ſemper apud nos ſub terra ſunt, in locis quæ nobis māgis ſunt auſtraliores, ac etiam ijs, qui æquinoctiali ſunt Borealiores, veluti ijs, qui circa Meroem habitant, ſuper terram fiunt. Queādmodū Canobus ipſe qui nobis borealioribus hic minime apparet. Et hūc quidē meridionaliores, & nullū alium, qui nobis ſit incognitus, Equū vocitāt. Adijcit & ipſe mathematicis rationibus deprehenſum eſſe, Orionē totum ante cōuerſiones ęſtiuas apparere, ijs qui ſub æquinoctiali habitant. At Canis oriri incipit, priuſq; Procanis, ijs, qui ſub ęquinoctiali habitāt, et ab ipſis Syenē vſq;, ita, vt nec horū quoq; apparentium peculiare exiſtat, oſtendere habitationes aliquas, ęquinoctiali eſſe auſtraliores.

EADEM RECTIFICATIO AB EMENSIONE ITINERVM

CAPVT ·VIII·

PROINDE in itinerū emenſione, dum per terram ſingulatim pfectionum cōputat dies, a Lepti magna, vſq; ad regionē Agiſymbam, hanc æquinoctiali auſtraliorem eſſe ſtadijs quatuor milibus ſexcentis octuaginta colligit. Rurſuſq; ſecundū dies nauigationis per mare, a Ptolemaide, quæ eſt in Troglodytica, ad Praſſum promontorium, ęquinoctiali id auſtrali' eſſe colligit, ſtadijs viginti & ſeptē milibus octingētis, ita vt & Praſſum pmontoriū, et Agiſymbam regionē, quę Aethiopū eſt, & quę, vt ipſe dicit, necdū Aethiopiā ab auſtro diſtermi[illegible]ad oppoſitū eorū pducat, qui gelidā [in]habitāt zonā. Sigdē viginti ſeptē milia & octingēta ſtadia, cōſtituūt, in ęquinoctiali ptes quinquagi-

ta quinq; et tertias quinq;, quot & ab altera equinoctialis parte diſtãt, ac ſub ſimilis frigiditatis qualitate, Scythę degunt & Sarmatę, qui ſeptẽtrionalia Meotidis incolunt paludis. Contrahit igiť & ipſe numerũ expoſitorũ ſtadiorũ in ſummam dimidio minorẽ, hoc eſt in ſtadia duodecĩ milia, q̃t ferme hyemalis tropicus diſtat ab æquinoctiali. Addit & cõtractionis huius ſolũmodo diuerſiones a vijs rectis, necnon irregularitates itinerum cauſas eſſe, obmiſſis potioribus & ꝓ̃portionibus, ex quibus nõ ſolũ diminutio neceſſaria videtur, ſed etiã vt ad tam paruũ redigatur numerũ. Primũ enĩ de itinere quo a Garame ad Aethiopiã itur, Septimiũ Flacũ ait, qui in Libya militauerat, a Garamãtib⁹, ad Aethiopes, quũ ad meridiem perrexiſſet, trium menſiũ ſpacio perueniſſe, Iulium ṽo Maternum a Lepti magna, quũ Garamãtes ex Garama Aethiopes inuaſiſſent, menſibus quatuor ad Agiſymbã Aethiopũ regionẽ applicuiſſe, quũ iter ſemper ad meridiẽ direxiſſet, quo in loco Rhinocerotes cõgregant. Quę vtraq; etiã per ſeſe incredibilia ſunt, & quia Aethiopes interiores, non tantũ a Garamãtibus ſegregantur, vt trimeſtri diſtẽt itinere. Quũ iã ipſi potius Aethiopes exiſtãt, et eundẽ quẽ & illi habeant regem. Et quia penitus ridiculum eſt, incurſionẽ regis cõtra ſubditos ſuper vnam diſtantiã ſolam factã fuiſſe, nempe a ſeptẽtrione ad meridiẽ. Quũ gentes illę, vtrinq;, & ad ortum & occaſum latiſſime extendant, ac nullibi eum moras relatu dignas feciſſe. Quapropter certũ eſt, viros illos falſa nunciaſſe, aut ſic ad meridiem dixiſſe, quẽadmodũ indigenę dicere conſueuerunt in auſtrum, aut in Aphricum pro certiori, eo quod magis notum eſt abutentes.

EADEM RECTIFICATIO
a nauigationibus exactis

CAPVT ·IX·

POSTEA de nauigatione inter Aromata et Rapta, Diogenẽ quendã ait, qui in Indiam nauigarat, ac ſecundo fuerat reuerſus, quum prope Aromata, nauigaſſet a Septentrione arreptum eſſe, quũq; Troglodyticã a dextra habuiſſet, diebus viginti quĩq; ad paludes, ex quibus Nilus fluit, applicuiſſe, quib⁹ Raptorum promontoriũ paululum eſt auſtralius. Theophilum aũt quendã ex ijs, qui in Azamã nauigare cõſueuerunt, a Raptis ſoluiſſe, ac auſtri flatu, die vigeſimo ad Aromata perueniſſe, verũ neuter horꝝ, quot dierum nauigatio illa eſſet, aperuit, ſed Theophilus ſe die vigeſimo illac applicuiſſe, Diogenes vero diebus viginti quinq; Troglodyticam ꝑternauigaſſe dixit, ſolum referẽtes, quot diebus nauigaſſent, minime aũt aduertẽtes, q̃t dierꝝ nauigatio illa, propter ventorũ in tãto tempore irregularitatẽ & ĩmutationem eſſet. Neq; vtrum tota nauigatio illa ad ſeptẽtrionẽ, aut meridiem facta fuiſſet. Verum Diogenes ſe tantum ſeptẽtrione impulſum eſſe, Theophilus aũt ſolum auſtro nauigaſſe retulit, reliquã autẽ nauigationem, ꝙ eundem ſemper tenorẽ ſeruauerit, neuter dixit. Q̃ enĩ naues ille tot dieb⁹, eodẽ fuerint impulſę vẽto, haud quaq; eſt credibile, ac ideo diſtantiã eam, quã Diogenes, inter Aromata et paludes, quib⁹ Raptum promõtorium auſtralius exiſtit, viginti quĩq; emenſus eſt dieb⁹, Theophilus a Raptis, ad Aromata, lõnge maiorẽ, vigĩti diebus exegit. Theophiluſq; diei ac noctis nauigationẽ, mille eſſe ſtadia ſuppoſuit, cui rei licet ipſe aſtipuletur, ait tamen nauigationẽ eam, q̃ a Raptis ad Praſſum promõtoriũ ac multorum ẽſt dierum, quinq; milium tãtum a Dioſcoro ſtadiorꝝ ſupponi, quũ facile, vt par eſt, venti ſub ęquinoctiali mutãtur, ac ideo ſecundum ipſum etiã ſolis tranſitus ad obliqua celeriores ponuntur. Ob hęc igitur magis decuiſſet, vt relatę dierꝝ multitudini, fidẽ haud ꝑſtitiſſet. Et ideo etiã, q̃d omnium manifeſtiſſimum eſt, ꝙ Aethiopes & Rhinocerotum cõuentũ ex oppoſito gelidę cõſtituit zonę, quum ratio ipſa dictitet omnia, q̃ ſub eadem aeris qualitate poſita ſunt, eſſe ſimilia, ſiue plantæ ſint, ſeu animalia, imitariq; ſimilitudines coeli, quę ſub eiſdem ſunt parallelis, aut illis qui ęqualiter ab vtroq; diſtãt polo. Quapropter Marinus, ſolum vſq; ad tropicum hybernũ cõtraxit diſtantiã, nulla rationabili cauſa de cõtractionis quãtitate reddita. Q̃ ſi quis & dierũ numerum & ſeriẽ acceptaret peragrationum, quemadmodũ ipſe fecit, hecq; ſeruaret quantitatẽ ſolum diurnorum ſtadiorꝝ

preter modum et cõſuetudinẽ minueret, anteq; terminus ad eũ perueniret parallelũ, ad quẽ ipſe venire cenſet oportere. Atqui cõtrariũ potius ſequi deberet. Nempe vt poſſibilitati diurnę peragrationis crederetur, teriori aũt perpetuo tã iuxta ęqualitatẽ, q̃ ſecundũ poſitionem, minime fides adhiberetur, tãq; impoſſibile exiſtat, vt diſtantia inquiſita per hæc accipi valeat, aut illud ſolũ, q ea maior fiat ſub ęquinoctiali, verũ rectius ab aliquo eorũ quę manifeſtius apparent, deprehendi potuiſſet, tale enĩ longe fuiſſet certius, ſi quis magis mathematicalius cõſideraſſet, quę regionibus illis accidere ſolent. Verũ cũ hiſtoria talia pręſtare nequeat, reliquum eſt, vt a ſimplicioribus plenius conſideretur rationabile quãtitatis vltra ęquinoctialẽ egreſſionis. At illa per formas & colores animaliũ, quę in locis illis ſunt, pcipi poteſt. Vnde ſequitur, parallelũ per Agiſymbã regionẽ, quę ſine controuerſia Aethiopũ eſt, nequaq; ad hybernũ vſq; pertingere tropicum, ſed citra ęquinoctialẽ potius terminare, nõ enĩ apud nos in oppoſitis locis, hoc eſt, ſub tropico eſtiuo, homines iã Aethiopũ colores habẽt, neq; Rhinocerotes ſunt, aut Elephantes, ſed in haud multũ illis auſtralioribus modice exiſtunt nigri. Quẽadmodũ qui intra Syęnẽ triginta habitant ſchoenis, qualesq; ſunt Garamãtes, quos Marinus ob hãc cauſam, nequaq; ſub tropico æſtiuo, neq; eo borealiores, ſed prorſus auſtraliores ſedes habere inquit, in locis vero circa Meroem, iã ſatis colore ſunt nigri, & primum Aethiopes meri, ibiq; Elephantũ ac mirabiliorum animaliũ paſcitur genus.

QVOD NON OPORTEAT Aethiopes ſupponere meridionaliores, q̃ ſit parallelus oppoſitus per Meroem.

CAPVT X.

QVAPROPTER bene habet vſq; huc, ideſt Aethiopes vſq;, quemadmodũ nobis traditio hiſtoriæ de monſtruoſis, quæ in illis degunt oris explicat, cõſtatq; Agiſymbã regionẽ, & Praſſum promontoriũ, cũ ijs quę eidem ſubiacent parallelo, deſcribendã eſſe, ſub eo ferme, qui ipſi opponitur per Meroem, hoc eſt, qui ab ęquinoctiali meridiem verſus diſtat partibus æqualibus ſedecim ac tertia vna cũ duodecima, ſtadijs vero octo milibus ac ducentis fere. Ita vt ſi tota latitudo exactius colligatur, partes ſint nouẽ & ſeptuagĩta tertia vna cũ duodecima, vel integrę octuagĩta, ſtadia vero milia quadraginta. Credendũ prętereа, diſtantiã eã, quę eſt inter magnã Leptim & Garamã, quemadmodũ et Flaccus & Maternus ſuppoſuerũt, ſtadiorũ eſſe quinq; milium quadringentorum. Siquidem viginti dies ſecundi ſunt itineris plus q̃ primi abbreuiati, tã ad meridiem q̃ ad ſeptẽtriones, quũ primum propter diuerſiones dierũ ſit triginta, nã & ſtadiorũ numerũ diei vniuſcuiuſq;, eos qui loca illa peragrarunt, ſepiſſime annotaſſe ferunt, nõ ſolũ quia ita cõmodũ, ſed & propter aquationũ diſtantias neceſſariũ fuerit. Proinde quẽadmodũ de vijs magnis et raris dubitare oportet, pręcipue vbi diſtantię emenſę haud concordant, ita de non magnis, ſed ſępius & a multis peragrantibus vnanimiter relatis, credere decet.

DE IIS, QVAE AD LONGITVDINEM ORBIS NON RECTE A MARINO SVNT EXCOGITATA

CAPVT XI.

IGITVR ex his nobis plane factũ eſt perſpicuũ, quantũ orbis latitudo extendi poſſit, lõgitudinem vero Marinus contineri facit ſub duobus meridianis, q interualla horaria diſterminant, quindecim, nobis vero videtur, et ea quoq; diſtantię menſuratio, plus extendi ad ortum q̃ oporteat, etenim in h[illegible]uoq; contractio facta fuerit rationabili[illegible] longitudo non integris duodecim interuallis horarijs conſtabit, quũ inſulę Fortunatę oc-

cidentaliſſimo termino cõſtituantur æqua-
les,orientali aũt imaniſſime partes Seræ, ac
Sinę,necnon Cattigaræ, porro in diſtantia,
quæ eſt ab inſulis Fortunatis ad Euphratis
tranſitũ,ꝑ Hierapolim,ſi parallelus, qui per
Rhodũ eſt,obſeruetur, quadrabit numerus
ſtadiorũ per ſingula loca ab ipſo relatus, nã
id ex frequenti itineris vſu cõpertũ eſt. Quĩ-
etiã ſi ex maioribus ratiocinatũ fuerit diſtan
tĳs,apparebit,eũ in rectificatione illius, q̊d
propter diuerticula et profectionũ redunda-
bat irregularitates, debitum aſſequutũ eſſe.
Sed & in hoc quocꝫ recte ſentit,partẽ vnam
qualiũ eſt circulus maximus tricentoꝝ ſexa-
ginta,quingenta in terra conſtituere ſtadia,
id enim confeſſis dimenſionibus cõſonum
exiſtit. Circũferentiã aũt ipſi similẽ, paralleli
eius,qui per Rhodũ tranſit, hoc eſt qui ab
ęquinoctiali abeſt ꝑtibus triginta ſex, qua-
dringenta fere cõprehendere ſtadia, nam id
quod iuxta conſentaneã paralleloꝝ rationẽ
ſuperat,quũ in exactiori dep̃henſione mo-
dicũ exiſtat,obmittendũ eſt. Ceteꝝ diſtantiã
eã,quæ a p̃dicto Euphratis tranſitu, vſcꝫ ad
turrim eſt lapideã, ac per ipſum eſſe colligit
Schoenorum octingentoꝝ ſeptuaginta ſex,
ſtadiorũ vero viginti & ſex miliũ necnõ du
centoꝝ octuaginta. Eam preterea quã ipſe a
lapidea turri, vſcꝫ ad Seras, quę Serũ eſt me
tropolis,viæ ſeptimeſtris eſſe, ſtadiorum aũt
triginta ſex miliũ et ducentorũ aſſerit, vtrãcꝫ
tanq̃ꝫ ſub eodẽ parallelo,ſecundum inſtitu-
tũ noſtrũ,in debitã contrahemus rectifica-
tionẽ. Quandoquidẽ conſtat,eũ in ambobꝰ
itineribus nequacꝫ minuiſſe id quod ꝓpter
diuerticula ſuꝑabundabat. Quin in ſecũdo
etiã itinere in eoſdẽ incidiſſe errores,quibus
et in itinere a Garamantibus vſcꝫ ad regio-
nẽ Agiſymbã,lapſus eſt. Nam et ibi quocꝫ
collectũ ſtadiorũ numeꝝ menſiũ quatuor,
et dierũ quatuordecĩ plus q̃ꝫ in dimidiã par
tẽ contrahere fuit coactus. Quũ incredibile
ſit,tã longo tẽpore continuã peregrinationẽ
factã fuiſſe, vt rationabiliter ſpaciũ ſeptẽ mẽ
ſium attingere potuiſſet, & multo magis q̃ꝫ
in itinere a Garamãtibus, nã illud a regionis
illius Rege, cũ prouidentia, vt par erat, & nõ
fortuito ꝑagrari potuit,ſed & ꝑpetua ibi fu-
it trãquillitas, via aũt q̃ eſt a turri lapidea ad
Seras v[illegible],vehementiſſimis obnoxia eſt tẽ-
peſtatibus. Nã ex ĳs, quæ ipſe ſupponit pa-
rallelis,illis qui ꝑ Helleſpontũ & Byzantiũ
tranſeunt, ſubiecta eſt. Quapropter multa
etiã in eũdo moras accidere neceſſe fuit. Nã
et per negociationis occaſionem cognita eſt.
Refert enim marẽ quendã,qui et Titianus
vocabatur,virũ Macedonẽ,ac patre mercato
re natũ,dimenſionẽ hanc conſcripſiſſe, licet
ipſe nunq̃ꝫ ad Seras acceſſiſſet,ſed ſolũ q̊ſdã
illac miſiſſet. Atqui & ipſe Marinus merca
torũ hiſtorĳs nequacꝫ fidẽ adhibere videt̃.
Nam Philemonis relationi,qua longitudi-
nem inſulę Hiberniæ ab ortu occaſum vſcꝫ
viginti dierũ eſſe tradidit,haud quacꝫ aſti-
pulatur,quoniã videatur hoc a mercatoribꝰ
ꝑcepiſſe,quos mercatura occupatos,veritatis
indagationẽ haud curare ait. Quin ſepius
diſtantias arroganti quadã iactatione auge-
re. Proĩde de peragratione iſta,menſiũ ſeptẽ,
nil aliud memoratu dignũ,q̃ꝫ quãta fuerit,
ab ĳs,qui illã exegerãt,relatũ eſſe,mõſtro ſi-
mile,ob temporis prolixitatem eſſe videtur.

EMENDATIO LONGITVDINIS
TERRAE COGNITAE A
PEREGRINATIONIBVS

CAPVT·XII·

PROPTER hęc itacꝫ
et quia iter non ſub
vno ſit parallelo. Sed
turris lapidea poſita ſit
circa eũ,qui per Byzan
tiũ,Serę aũt magis au-
ſtrales, ſub eo,qui per
Helleſpontũ ſcribitur,
rationabile viſum fuiſſet,& hic quocꝫ mul-
titudinẽ ſtadiorũ,quę ex ſeptimeſtri collecta
eſt itinere,triginta ſex miliũ ac ducentorum,
minus q̃ꝫ in ſemiſſẽ diminuere. Ceterũ in di
midiũ tanq̃ꝫ plenioris dep̃henſionis gratia
tantũ contrahat̃,ita, vt expoſita diſtantia eſſe
cõputetur ſtadiorũ decẽ et octo miliũ,ac cen
tũ,necnõ quarte vnius, partiũ vero quadra-
ginta quincꝫ ac quarta vna. Etenĩ abſurdũ
eſſet,& ſatis a ratione alienũ, vt qs in vtracꝫ
via tantã ſupponeret diminutionẽ, ac in illa
ab Garamantibus, quia argumenta reſiſte-
rent,hoc eſt,propter differentias animalium
quę per Agiſymbã ſunt regionẽ, ac loca na-
turalia tranſcendere nequeũt, ipſius ſequeret̃
opinionẽ,in illa tñ via, q̃ eſt a turri lapidea,

ea que rationi ſunt conſona acceptare nollet, quoniã ibi nullũ tale eſſet argumentũ, ex ꝗ ſimile quid ſequeret. Sed per totã diſtantiã, ſiue ea maior exiſteret ſiue minor, ſimilẽ eſſe cœli qualitatẽ cõtenderet, ac ſi quis nequaꝗ̃ recte per modũ philoſophię peculiarẽ coniectare poſſet, niſi in ĳs, quæ penitus manifeſta eſſent. Proinde diſtãtia prior, ea inquã, quę ab Euphrate ad lapideã eſt turrim, octigentorũ ſeptuagĩta ſex Schoenorũ, propter viarũ diuerticula, ad octingentos Schoenos tantũ, ſtadia vero viginti quatuor milia contrahenda eſt. Credatur enĩ ei, ꝙ in cõtinuitate illa, & per partes cõmenſuratas, iãꝗ̃ peragratas, verã aſſequutus ſit dimenſionem, ꝙ vero diuerticula habeat plurima, ex ĳs manifeſtum eſt, quę Marinus ipſe ſupponit. Cõcedatur enĩ viã, quę ab Euphratis traiectu ꝑ Hierapolĩ eſt, ad Tigrim, & inde per Garameos Aſſyrię, et Medię, in Ecbatanas, et portas Caſpias, per Parthiãꝗ̃ in hecatonpylũ, incidere, circa parallelũ, qui ꝑ Rhodũ trãſit. Nã ille ſecundũ ipſum etiã per dictas ſcribitur regiones, viã tñ, quę ab Hecatonpylo in Hyrcaniã ciuitatẽ ducit, ad ſeptẽtrionẽ declinare neceſſe eſt, quũ Hyrcania ciuitas, ꝗdam modo in medio poſita ſit paralleli, qui per Smyrnam, & eius qui ꝑ Helleſpontum eſt. Quapropter is qui Smyrnam tranſit, ſuper ipſam Hyrcaniæ regionẽ ſcribendus eſt, qui vero per Helleſpontũ, ꝑ partes auſtrales maris Hyrcani, quę parũ ſeptẽtrionaliores ſunt, ꝗ̃ eiuſdem nominis ciuitas. Rurſus via, ab hac, in Margianã Antiochiã, per Ariam, primo quidẽ ab Aria, quę ſub eodem parallelo ſita eſt, qui per Caſpias tranſit portas, ad meridiẽ declinat. Inde ad Arctos, quum Antiochia illa, collocata ſit ſub parallelo, qui ꝑ Helleſpontum tranſit, a qua, via quæ ad Bactra ducit, protẽdit̃ ad ortũ, quę vero inde ſequit̃ ad aſcenſum regionis montanę Comedorũ, ad ſeptẽtriones. At illa, ꝗ per montana ipſa eſt, vſꝗ̃ ad vallẽ quę cãpeſtria excipit, ad meridiẽ tendit. Siquidẽ Borealia & occidentaliſſima montanæ regionis, vbi eſt aſcenſus, ſub eo parallelo ponit, qui per Byzantium tranſit. Auſtralia aũt, & quę ad ortũ vergũt, ſub eo qui ꝑ Helleſpontũ. Quapropter illã tradit reciprocã eſſe, ita vt modo ad ortum vergat, mox & ad auſtrũ. Inde viam, quę ad turrĩ vſꝗ̃ eſt lapideã Schoenorũ quinquaginta ad arctos declinare par eſt. Etenĩ vallẽ inquit aſcẽdẽtes lapidea excipit turris, a qua montes qui ad ortũ tendunt, monti cõiungit Imao, ꝗ a Palimbrotis inſurgit ad arctũ. Si igitur partibus ſexaginta, quæ ex viginti quatuor milibus colliguntur ſtadĳs, quot a turri lapidea vſꝗ̃ ad Seras ſunt, partes adĳciantur quadraginta quinꝗ̃ & quarta, interſtitiũ ab Euphrate ad Seras vſꝗ̃ per Rhodi parallelũ partiũ erit centum quinꝗ̃ & quartę vnius. Quinetiã ex ĳs quę ipſe per particularẽ ſtadiorũ numerum, tanꝗ̃ ſub eodẽ parallelo ſupponit, colligitur diſtantiã, quæ eſt a meridiano inſularꝝ Fortunatarũ, vſꝗ̃ ad Sacrũ Hiſpanię promõtoriũ, partiũ eſſe duarũ et ſemis. Hinc ad Betis oſtia, & Calpẽ vtrinꝗ̃ pariter partes duas & ſemiſſem, quę vero ſequitur ab hoſtĳs Betis Carallini vſꝗ̃ Sardinię, partes eſſe quinꝗ̃ & viginti. A Carallis aũt in Lylybeũ Siciliæ quatuor ſemiſſem, ac inde ad Pachynum tres, rurſuſꝗ̃ a Pachyno in Tenarũ Laconię partes decẽ. Inde Rhodũ octo & quartã, a Rhodo vero ad Iſſum vndecim cũ quarta. Ab Iſſo aũt ad Euphratem duas ac ſemiſſem, ita, vt tota hæc diſtantia, partium eſſe ſeptuaginta duarum colligatur. Longitudo vero totius terrę cognitæ a meridiano per inſulas Fortunatas, vſꝗ̃ ad Seras partium centũ ſeptuaginta ſeptem cũ quarta vna.

EODEM EMENDATIO A NAVIGATIONIBVS

CAPVT ·XIII·

PROINDE quis talem eſſe lõgitudinem etiã coniectare poſſet ꝑ interualla, quæ ipſe in nauigatione ponit, ab India, vſꝗ̃ ad ſinũ Sinarũ & Catigarorum, ſi nauigationes ſecundũ ſinuationes & irregularitates, necnõ poſitiones conſideraret, iuxta appropinquationẽ adiectionũ. Etenim a promõtorio, quod poſt Colchicũ eſt ſinũ, Coryꝗ̃ vocatur, Argaricũ ſinum ſuſcipi ait, qui vſꝗ̃ ad Curularã ciuitatẽ tria milia & quadringenta contineat ſtadia. Corymꝗ̃ Cururrę ciuitatẽ, quaſi a borea ſitã eſſe. Colligitur ergo tranſfretationem hanc, ſi tertia pars iuxta conſequens Gãgetici ſinus fuerit ſubducta, duorũ miliũ

ac triginta fere ſtadiorũ, vna cum curſus inequalitate exiſtere, a quibus ſi continuitatis gratia iterũ pars tertia dempta fuerit, ſtadia mille trecenta ac quinquaginta ferme deprehendentur, iuxta poſitionẽ ad Boreã, quod ſpaciũ ſi ad parallelã ęquinoctialis lineam, et tanqꝫ ad Apeliotẽ traductũ fuerit, per diminutionẽ medietatis congruenter intercepto angulo, diſtantiã, q̃ inter duos meridianos eſt habebimus, et eius quę per Cory promõtoriũ, et quę per Cururam eſt ciuitatẽ, ſtadiorum quidẽ ſexcentorꝝ ſeptuaginta quinqꝫ, partis vero vnius fere cũ tertia; ꝓpterea ꝙ paralleli per loca hęc nil nota dignũ a maximo differãt circulo. Rurſus nauigatio a Curura ciuitate inquit, ad hybernũ ſolis eſt ortum, Paluras vſqꝫ, ſtadiorꝝ nouẽ milium quadrigentorũ quinquagĩta, a quibus ſi ob curſus irregularitatẽ tertiã illã pariter detraxerimus partẽ, diſtantiã, quæ ex cõtinuitate cõflatur, et quaſi verſus Eurũ tendit habebimus, ſtadiorũ fere ſexmiliũ trecentorũ. Porro ſi ab his quoqꝫ ſextã dẽpſerimus partẽ, vt diſtantia ad lineã parallelã æquinoctialis redigat̃, meridianorꝝ quoqꝫ horũ diſtanciã inueniemus, ſtadiorũ eſſe quinqꝫ miliũ ducentorũ quĩquaginta, partiũ vero decẽ & ſemis. Inde vero ſinũ Gangeticũ eſſe ponit, ſtadiorꝝ decẽ & nouẽ miliũ, enauigationẽ vero illorũ, a Paluris ad Sadã milia tredecĩ, quaſi ad ortum ęquinoctialẽ. Quapropter tertia tm̃ pars ſpacij huius propter nauigationis irregularitatẽ detrahenda eſt, ita vt & horũ meridianorũ diſtantia eſſe reliquatur, ſtadiorum octo miliũ ſexcentorꝝ ſeqtuaginta, partiũ vero decẽ et ſeptẽ cũ tertia vna, reliquã vero nauigationẽ a Sada vſqꝫ ad ciuitatẽ Tamalã, ſtadiorũ eſſe facit triũ miliũ ac quingentorũ, quaſi ad ortũ hybernũ, a quib' ſi iterũ tertiã deduxerimus partẽ habebim' curſus cõtinui, ſtadia duo milia trecenta trigĩta, ꝙ ſi ob inclinationẽ ad Eurũ ſextam etiã dempſerimus partẽ, expoſitorꝝ quoqꝫ meridianorũ inueniemus diſtantiã, ſtadiorũ eſſe mille noningentorũ et quadraginta, partiũ vero trium fere necnõ ſemis & tertię. Deinde tranſfretationẽ a Tamala, ad Cherſoneſũ aureã, ſtadiorũ eſſe ponit [mi]lle ſexcentorꝝ quaſi rurſus ad ortũ hybernum, ita vt ſi ibi quoqꝫ ſimiles auferant par[tes re]linquatur diſtantiã meridianorum ſtadi[orũ] eſſe noningẽtorũ, partis vero vnius, cũ quĩtis quatuor, diſtãtia autẽ, quę a Cory p[ro]mõ[torio] ad aureã vſqꝫ eſt Cherſoneſum, ꝑtiũ eſſe colligat̃ trigĩta cũ quĩtis quatuor.

DE NAVIGATIONE A CHERSO neſo aurea ad Cattigara

CAPVT ·XIIII·

CAETERVM ſtadiorum numerum eius nauigatiõis, q̃ eſt ab aurea Cherſoneſo ad Cattigara, Marinus haud explicat, refert aũt Alexandrũ ſcripſiſſe terrã inde cõtrariam eſſe meridiei, & qui iuxta illã nauigant diebus viginti applicare ad ciuitatẽ Zabas. A Zabis vero nauigantes ad auſtrum, magiſqꝫ in leuam, diebus aliquot, Cattigara excipere, adauget igitur diſtantiã expoſitam, dies aliquot pro multis excipiẽs: Nã propter multitudinem inquit, eos haud eſſe cõprehenſos numero, quod ego q̃dem ridiculũ cenſeo, quis enĩ dierꝝ numerus infinitus erit? etiã ſi totius terrę peragratę ambitũ cõtineat, aut quid prohibeat, Alexãdrũ pro quibuſdã dicere multos. Queadmodũ Dioſcorũ retuliſſe inq̃t, nauigationẽ a Raptis ad Praſſum multorũ eſſe dierũ, atqꝫ rationabili' eſt, vt quis dies aliq̃t pro paucis intelligat, nam talẽ dicendi modũ rep̃hendere cõſueuimus, verũ ne & nos quoqꝫ, multitudinẽ aliquã propoſitã, ad ſimplices tantũ cõiecturas adaptare videamur, aſſumamus nauigationẽ a Cherſoneſo aurea, vſqꝫ ad Cattigaras, ex vigĩti diebus qui ad Zabã, necnõ ex alijs quibuſdã qui ad Cattigara ſunt cõpoſitã, queadmodũ & nauigatio illa ab Aromatis ad Praſſum promõtoriũ, quę & ipſa ex pari dierum numero viginti, ad Rapta cõpoſita eſt ſecundũ Theophilũ, & ex alijs multis, q̃ ſecundũ Dioſcorum ſunt ad Praſſum, vt et Marinũ pariter imitemur, qui dies aliquot cõparat multis. Poſtqꝫ igit̃ p[er ap]ertas rationes necnõ ex apparẽtibus ipſis oſtendimus Praſſum eſſe ſub parallelo, qui ab æquinoctiali abeſt, meridiẽ verſus, partibus ſedecim tertia vna & duodecima, paralleluſqꝫ qui per Aromata tranſit, ab ęquinoctiali, verſus ſeptẽtriones ꝑtibus diſtet quatuor & quarta, ita vt ſi tota diſtãtia, q̃ ab Aromatis eſt ad Praſſum in vnũ cõtrahatur, partiũ viginti & tertiarũ

duarũ eſſe colligatur, forſitan non inepte totidem ab aurea Cherſoneſo, ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigarã. Porro diſtantiã, que eſt ab Cherſoneſo aurea, ad Zabas, ĩminuere haud oportet, quoniam equinoctiali parallela exiſtit, & quia regio intermedia, meridiano extenditur cõtraria, at etiã diſtantiã, qua eſt a Zabis ad Cattigarã, quia nauigatio vergit ad auſtrũ & ad ortũ, contrahere decet, vt poſitionẽ, q̃ equinoctiali eſt parallela capiamus, ſi itaq; dimidium partiũ, vtriq; attribuamus diſtantiæ, ꝑpter incertũ eorum exceſſum, & a partibus, que a Zabis ad Cattigara ſunt decẽ ʒ iterũ tertiã illam, propter inclinationẽ detraxerimus, habebimus diſtãtiam quoq; ab aurea Cherſoneſo ad Cattigarã, poſitione ſua, quaſi equinoctiali parallelã, partiũ decẽ et ſeptem, cum ſexta quaſi, atqui oſtenſum eſt, diſtantiã a Cory promõtorio, vſq; ad aureã Cherſoneſum, partium eſſe triginta quatuor & quatuor quintorũ, tota igitur diſtantia, q̃ eſt a Cory Cattigarã vſq;, partiũ ferme quinquagita duarum eſſe colligitur, verũ meridianus, qui et ꝑ Indi fluminis principia, paulo ſecundũ Marinũ occidentalior eſt boreali Taprobanes ꝓmontorio, quod ex oppoſito Cory ſitum eſt, at Taprobane diſtat a meridiano, qui ꝑ Betys fluminis eſt oſtia, horarijs interſtitijs octo, partibus vero centũ viginti, meridianus vͦo ille qui per Betys tranſit oſtia, ab eo qui ꝑ Fortunatas eſt inſulas, partibus quiq;, ita vt meridianus per Cory, a Fortunatis diſtet inſul' paulo plus ꝑtibus centũ viginti quiq;, qui vero ꝑ Cattigarã ab eo, qui per Fortunatas tranſit inſulas ad illud idẽ promõtoriũ paulo plus ꝑtibus centũ ſeptuagita ſeptẽ, ſecundũ eandẽ ferme diſtantiã, partiũ, q̃ per Rhodiẽſem colligunt parallelũ. Sed ſupponatur totã longitudinẽ vſq; ad Sinarũ metropolim, partiũ eſſe integroꝝ centum octuagita, horarũ vero duodecĩ, quoniã omnes conſentiunt eam Cattigaris orientaliorẽ eſſe, colligentur per Rhodienſem longitudinem ſtadia ſeptuaginta duo milia ferme.

DE IIS, QVAE IN PARTICVLAri expoſitione Marini diſſentiant.

CAPVT · XV ·

IGITVR diſtantias vniuerſaliter in tñ cõtraxim⁹, et lõgitudĩs ad ortũ, & latitudinis ad meridiẽ, ꝑpter cauſas expoſitas. Ceterũ et particulariter ciuitatũ poſitiones multotiẽs emendatione dignas putamus, in quibus pugnantes, aut non conſequentes expoſitiones fecit, propter cõpoſitiones diffuſas et varias, diuerſis editas cõmentarijs, queadmodũ in ijs, que oppoſita eſſe credidit. Nã Tarraconẽ ait ex oppoſito Iuliæ Ceſarie ſitã eſſe, meridianum ꝑ hanc & mõtes Pyreneos ſcribẽs, qui tñ non parum Tarracone ſunt oriẽtaliores, Pachynũq; Lepti magne, at Theenis Himerã opponit, diſtãtia a Pachyno ad Himerã quaſi ſtadioꝝ quadrĩgẽtorũ, collecta, ea vͦo q̃ a Lepti ad Theenas eſt, ſuꝑ mille quĩgentorũ, queadmodum ex ijs patet, que Timoſthenes ſcribit, rurſuſq; Tergeſtũ Rauene opponi inqt, & ab intimo ſinu Adriæ qui iuxta Tiliauemptũ eſt fluuium, Tergeſtum abeſſe verſus ortum eſtiuũ ſtadia quadringenta, Rauenã vero ad hybernũ ortum ſtadijs mille. Similiter Chælidonæas refert Canobo oppoſitas eſſe, Acamãtaq; Papho, Paphum aũt Sebennito, verum diſtantia, q̃ ab ipſo, a Chelidoneis in Achamantã mille ſtadioꝝ, necnõ que a Canobo in Sebennitum, a Timoſthene ducentorum nonagita eſſe ponitur, ſi ſub eiſdẽ iaceret meridianis, longe maior eſſe deberet, quoniã maioris paralleli ſubtendit circũferentiã. Rurſus Piſam a Rauena Libonotum verſus diſtare ait, ſtadijs ſeptĩgentis, ꝑ diuiſionem tñ climatum, necnõ horarioꝝ interuallorũ, Piſam quidẽ in tertio interſtitio horario ponit. Rauenam vero in quarto, qui & quũ Nouimagium Britãnia auſtralius eſſe dicit miliarib⁹ quinquaginta nouẽ. Borealius tñ ꝑ climata oſtẽdit, Athum quoq; ordinans ſub parallelo, qui ꝑ Helleſpontum tranſit, Amphipoli tñ et loca circũiecta, ſuper Athum & Strymonis oſtia ſita, in quarto climate, ac infra Helleſpontum ponit, ſimiliter quũ Thracia fere tota ſub parallelo qui per Byzantium trãſit poſita ſit, vniuerſas tñ ciuitates eius mediterraneas, in climate q̃d ſupra hunc parallelum eſt cõſtituit. Quin etiã Trapezuntẽ inquit, ſtatuemus ſub parallelo qui ꝑ Byzantiam

tranſit, Sataliaq; Armeniæ oſtendens a Trapezunta abeſſe, meridiē verſus, miliaribus ſexaginta, ſecundū tñ parallelorū deſcriptionē; cum, qui per Byzantiū tranſit, per Satalia, & non ꝑ Trapezuntē ducit. Sed & Nilū fluuiū ſe veritati conſonū, deſcripturū inqt, ex quo primū a meridie ad arctos vſq; Meroē accedere videtur, pariter & Aromatū nauigationē, ad paludes, ex quibus Nilus fluit Aparctia perfici, veruntamē Aromata oriētaliora ſunt ꝗ Meroe. Nā & Ptolemais ferarū orientalior eſt, ꝗ Meroe et Nilus; decem dierū itinere aut duodecim. Ptolemaide aūt orientaliores exiſtunt anguſtiæ Adulici ſinus, quæ ſunt iuxta Ocylē Cherſoneſum & Dyren ſtadijs tribus milibus quīgentis, illis vero adhuc orientalius eſt magnorum Aromatū promōtoriū, ſtadijs quinq; milibus.

QVOD EVM LATVERE QVAEdam in prouinciarum terminationibus

CAPVT ·XVI·

QVINETIAM circa regionū fines quædā eū latuere, queadmodū quū totam Myſiā ab ortu, mari terminat pontico. Thraciā vero ab occaſu Myſia ſuperiori. Quin & Italiam a ſeptētrionibus ſolū Rhæcia finit, ac Norico, ſed & Pannoniā a meridie ſola Dalmacia, & nō etiā Italia terminari ſcribit. Sogdianos ꝑterea mediterraneos, & Saccas, a meridie Indię conterminos eſſe, duos inſuper parallelos, et eū qui per Helleſpontū tranſit, et qui ꝑ Byzantiū, ſuntq; Imao monte, qui in India ſeptentrionaliſſimus eſt Borealiores, nequaq; per dictas ſcribit gentes, ſed potius illum, qui per medium ponti tranſit.

IN QVIBVS IPSE DISSENTIT AB IIS, QVAE NOSTRO æuo hiſtorijs ſunt prodita

CAPVT ·XVII·

IN HIS igitur & talibus, minus ſibi ipſi Marinus cōſtitit, ſiue ob multitudinē & diuerſitatē cōpoſitionū, ſiue quia nondū etiā in vltia editione, velut ipſe dicit, ad tabulę deſcriptionē peruenerit, ꝑ quā ſolum climatū, et horarioꝝ interſtitiorū rectificationē facere potuiſſet. Quędā vero ne nunc quidē pręſentibus conueniūt relationib⁹, velut Sachalitis ſinus, ab occaſu Syagri promontorij ab ipſo poſitus. Siquidē omnes plane, qui per loca hęc nauigarūt vnanimiter nobis aſtipulātur, ab ortu Syagri Sachalitē Arabię regionē eſſe, ac eiuſdē nominis ſinū. Rurſuſq; Simylla Indię Emporiū, non ſolū Maeco promōtorio occidentalius ab ipſo poſitū eſt, ſed etiā flumine Indo, quū ſolum fluuij oſtijs, meridionalius eſſe ꝓhibeatur, etiā ab ijs, qui hinc illac nauigarunt, et qui multo tēpore in locis illis verſati ſunt, necnon ab ijs etiā, qui illinc ad nos applicuere, vocariq; ab indigenis aiunt Timula, a quibus & alia circa Indiam, & eius prouincias, particularius didicimus, etiā regionis illius interiora, vſq; ad aureā Cherſoneſum, ac inde ad Cattigara vſq;. Siquidē in hoc cōcordāt, nauigationē eorū, qui illac tendunt, ad ſolis ortū eſſe, rurſuſq; inde redeuntium, ad occaſum, pariterq; conſentiunt, nauigationis tempus irregulare & inordinatū exiſtere. Quodq; vltra Sinas, Serū iaceat regio, & Metropolis, ac ꝗ his orientaliora, terra ſit incognita, ſtagna habens paludoſa, in quibus calami naſcunt magni, & ita cōpacti, vt homines illi, cū ijs tranſfretare ſoleant. Et ꝗ nō ſolū inde ad Bactra iter ſit per turrim lapideā, ſed et in Indiā quoq;, per Palimbothra, via aūt, ꝗ a Sinarū Metropoli ad portū eſt Cattigara, occaſum verſus & meridiē tendit, quapropter nequaq; in eū cadit meridianū, qui ꝑ Sinas eſt & Cattigara, vt Marinus refert, ſed in aliquē, qui orientalior exiſtit. Porro & a mercatoribus, qui ab Arabia fœlici, ad Aromata & Azaniā, nec nō Rapta nauigāt (quę cuncta ꝓprie Barbaria vocantur) certiores reddunt, nauigationē illā nō exacte ad meridiē eſſe, ſed hanc quidē ad occaſum & meridiē, ea vero tranſfretatio quę a Raptis ad Praſſum eſt, ad ortū & meridiē. Paludes quoq;, ex quib⁹ Nilus fluit,

non eſſe iuxta mare,ſed multo interiores, ordineq́ʒ a littore Aromatū , et a Sinis ad Raptū promontoriū,aliū eſſe ꝙ Marinus retulerit,ex nauigatione quoqʒ ibi,dici vnius ac noctis,nō multa colligi ſtadia, ob mutationē ventorū ſub ęquinoctiali velocem,ſed ad ſummū,ſtadia quadringenta aut quingenta.Primū aūt ſinum contiguū eſſe Aromatis,in quo poſt vnius diei iter ab Aromatis Pano eſſe vicū,Oponēqʒ Emporium a vico diſtare, itinere dierum ſex , poſt hoc quoqʒ Emporiū,aliū coniungi ſinum,principium Azanię,in cuius pricipio, Zingina eſſe promontoriū,et Phalangida montē tricipitem, ſolūqʒ Sinū hunc vocari Apocota , q duob⁹ tranſfretari poſſit diebus et noctibus,poſtea paruū ſequi litus,in trāſitu diſtantiarꝝ triū, et aliud quoqʒ quod Magnū litus appellat, diſtantiarū quinqʒ,quę diſtantiæ ambo pariter diebus et noctibus quatuor enauigari poſſint, his quoqʒ coniungi aliū Sinū, in q̄ Emporiū ſit, q̊d vocatur Eſſina , poſt nauigationē dierū duorꝝ et noctiū,Inde Serapionis portū,nauigatione diei vnius, poſtea Sinū auſpicari,qui ad Rapta ducit,triū dierum et noctiū tranſfretationē habentē,iuxta cui⁹ principia Emporiū eſſe,quod vocatur Nici, apud Raptū vero ꝓmōtoriū,fluuiū Raptū, ac Metropolim nominis eiuſdē,parū diſtātē a mari , q̊d ꝟo a Raptis ad Praſſum vſqʒ eſt promontoriū, ſinum eſſe maximum,nō tamen profundum , circum quem Barbari habitent Antropophagi.

QVAM SINT INVTILES MARIni cōpoſitiones ad deſignationem orbis

CAPVT.XVIII.

QVAE igitur cognitionē aliquam,ab ipſa hiſtoria cōſequi debeāt, huculqʒ ānotata ſint, verūtamē ne qbuſdā contentionē potius ꝙ emēdationē ſuſcepiſſe videamur,ſingula nobis per enarrationē particularem manifeſta erunt,nunc vero reſtat,vt ea q̄ ad deſcriptionis pertinent aggreſſionē,cōſideremus. Proinde quū duplex illius ſit modus. Primus qui orbis diſpoſitionē in parte ſphęricæ ſuperficiei deſignat. Secundus vero qui in plano,ambobus cōmunis eſt, operis propoſiti facilitas,hoc eſt,vt oſtēdatur, quonā modo, etiā ſi nullum propoſitū ſit exemplar,ex ſola ea quę per cōmentaria traditur doctrina,deſcriptionē,quantū fieri poteſt cōmodiſſime facere poſſimus , etenim traductio aſſidua a prioribus exēplaribus ad poſteriora , ꝓpter variationē paruā,mutationes admodū diſſimiles in rem hāc egregiā inducere ſolet, modus ꝟo ille,qui ꝑ cōmentaria traditur, ſi nō ſufficiens ad demonſtrationem expoſitionis eſſe cōtingit,impoſſibile erit ijs,qui exēplari carent,rite conſequi propoſitū.Quod et nūc ꝙplurimis eueniſſe videmus,in tabula,quā Marinus cōpoſuit,quū eñ exemplaria vltimę eius editionis aſſequi nequiuere, ſed ſolū ex cōmentarijs rem ruditer & quaſi ꝑ cōiecturā aggreſſi ſunt, in plurimis q̄ confeſſe ſunt collectionis errauerūt,propter ineptitudinē & confuſionē inſtitutionis, quēadmodū vnicuiqʒ experto cōſiderare licet. Quum enī ad ſingula loca deſignanda, neceſſe ſit,& lōgitudinis & latitudinis poſitionē habere, ei qui illa debito ordine collocare velit,nō tamen confeſtī quis eā in cōpoſitionib⁹ inueniet,ſed ſeparatī,hic enī latitudines tm̄ deꝑhendet,veluti in poſitione parallelorū , alibi aūt longitudines ſolū,quēadmodū in meridianorꝝ deſignatione, vt plurimū tm̄ vtraqʒ hęc in eiſdē cōmentarijs haud inueniet, ſed in alijs quidē paralleli deſcribuntur , in alijs vero meridiani , ita vt tales in poſitionibus ſemp alterius ope indigeant,penituſqʒ ad cōſiderationē,quo loco cōſtituenda ſint ſingula,omniū opus ſit euolutione cōmētariorꝝ, quoniā in omnibus aliter de eiſdē dicit̄. Et ſi non inquirimus,quę ſecundum quālibet ſpeciē,de eodē expoſita ſunt loco, illa nos latebunt,aberrabimuſqʒ in multis,quib⁹ vera obſeruatio cōtingere deberet. Proinde in ciuitatū diſpoſitione, littorales aliquis facilius deſcribere poſſet, ſi penitus ordinē quendā in ipſis obſeruaret, meriditerranas vero non ita,quū nulla adhuc habitudo,ſiue inter ipſas inuicem,ſiue ad littorales illas ſit ſignata ,pręterqʒ in paucis,in quibus euenit, vt nōnunqʒ longitudinis meta, aliquando vero latitudinis locus ſit definitus.

DE COMMODITATE ENARrationis noſtrę ad deſignationem orbis.

CAPVT ·XIX·

QVAPROPTER duplicẽ nos laborem ſuſcipimus. Primũ vt viri opinionẽ per totã obſeruemus cõpoſitionẽ, prætereꝗ; in ijs qbus rectificatio quędã cõtigit. Deinde vt ea quę ab ipſo manifeſta non ſunt facta, per hiſtorias moderniores, vel ordinẽ tabularũ magis accuratarũ ꝙ commodiſſime aperiremus, ꝙ deſcriptio debitũ ſuũ aſſequi poſſet decorẽ. Quinetiã facilioris modi geſſimus curã. Nã ſup oẽs ꝓuĩcias ſingulati ꝓprias circũſcriptiones, ꝗleſcꝫ tã ſecundũ longitudinẽ, ꝙ latitudinẽ poſitiones habeãt, diligẽter ordinauimus, ac inſup potiſſimarũ gentiũ, ꝗ in illis degunt, adinuicẽ habitudines, necnõ inſigniorũ vrbiũ, ac fluminũ, ſinuũqꝫ. et mõtium, ac aliorꝝ, quę in orbis tabulã incidere poſſunt, exactas diſtantias, hoc eſt, quot diſtant partibus, qualiũ eſt circulus maximus trecentarũ ſexaginta, ſecundũ longitudinem quidẽ, meridianus per locũ deſcriptus, ab eo qui occidentalẽ finem terminat ſup ęquinoctiali. Secundũ latitudinẽ vero, per eundem locũ ſcriptus parallelus ab ęquinoctiali ſup meridiano, ſic enĩ confeſtim vniuſcuiuſqꝫ loci poſitionẽ cognoſcere poterimus, necnõ ꝑ diligentiã locorꝝ particulariũ, prouinciarꝝ etiã inter ſe habitudinẽ ac totũ deniqꝫ orbẽ.

DE MENSVRATIONE INCONCINNA TABVLAE GEOgraphicę a Marino compoſitæ.

CAPVT ·XX·

VTRAQVE aũt deſignatio ꝓpriũ quid habet. Nã deſcriptio in ſphęra fienda, ex ſemet ipſa ſimilitudinẽ retinet figurę terræ, nulliuſqꝫ alterius ad opus hoc, indiget artificio, non facile tñ magnitudinẽ præbet, ꝗ ſuſcipere poſſit multa, quę neceſſario ſuo collocanda ſunt loco, neqꝫ deſcriptionẽ, vt vnico momento cerni valeat, toti figuræ adaptare poteſt, ſed alterũ ad alterius deſignationẽ tranſferre neceſſe exiſtit, hoc eſt, aut viſum, aut ſphęrã, quorũ neutrũ deſcriptioni, quæ in plano fit accidit, ſed modũ quendã ad ſimitudinẽ ſphęricę imaginis inquirit, vt diſtãtias, quę in ea ſtatuendę ſunt, ꝙ maxime cõmenſuratas faciat, ac ſecundũ eam apparentiam, quæ cũ vera conueniat, quod Marinus ſcientiæ haud quaqꝫ fortuitę eſſe cenſuit, penituſqꝫ omnes deſcriptionũ planarum modos reꝑhendit, nihilominus tñ eo ipſe vſus eſſe videt, qui ex omnibus minime cõmenſuratas faciat diſtantias, nã pro cunctis circulorũ, necnon parallelorũ & meridianorum lineis, rectas ſubſtituit, ac etiã meridianorum æquidiſtantes inuicẽ, ſimiles parallelis, ſolũ aũt parallelũ qui per Rhodum eſt, obſeruauit meridiano cõmenſuratũ, ſecundũ ſimilium in ſphęra circũferentiarum ſeſquiquartã fere rationẽ, circuli magni ad parallelũ, qui ab ęquinoctiali diſtat partibus triginta ſex. Aliorum aũt nullã curam geſſiſſe videtur, neqꝫ ſymetriæ neqꝫ ſphęricæ deſignationis gratia. Primũ enĩ conſtituto viſu, ad mediũ borealis quadrantis ſphęræ, in quo maxima pars orbis deſcribitur, meridiani rectarꝝ linearũ imaginationẽ ꝑbere poſſunt, quũ vniuſquiſqꝫ ex reuolutione contrarius ſtatuitur, caditqꝫ planũ ipſius, ꝑ verticẽ viſus, verum non ita paralleli, ꝑpter abſceſſum poli borealis. Circulorꝝ aũt ſegmenta, manifeſte oſtẽdunt cõuexitates ſuas ad meridiẽ cõuertere, præterea ꝙuis ſecundum veritatẽ pariter & imaginationẽ ijdem meridiani ſimiles quidem, inequales tñ circũferentias in parallelis ſecundũ magnitudinẽ differentibus, intercipiant, ac ſemper maiores, in ijs, qui æquinoctiali ſunt proximiores. Marinus tamẽ omnes facit æquales, diſtantias aũt dimatum, quę borealiora ſunt, ꝙ parallelus, qui ꝑ Rhodum tranſit, pluſqꝫ veritas patiatur extendit. Eas vero quę auſtraliores ſunt in minus cõtrahit, ita, vt ille iam non amplius ſtadiorũ numero, qui ab ipſo poſitus eſt congruant, ſed ſub ęquinoctiali quinta potiſſimum eorum parte deficiant, quota & parallelus, qui per Rhodum eſt deficit ab ęquinoctiali, diſtantias aũt, quę ſunt ſub parallelo, qui per

Thylem tranſit, quadruplici ſua quinta adauget, quot et parallelus per Rhodũ excellit, illum, qui per Thylẽ tranſit. Parallelus enĩ qui per Rhodũ ſcribitur, ab ęquinoctiali diſtat partibus triginta ſex, taliũ fere eſt nonaginta trium, qualiũ æquinoctialis vel meridianus centũ & quindecim, qui ṽo ab ęquinoctiali diſtat partibus ſexaginta tribus, ſcribiturq; per Thylem, prędictarũ ęquinoctialis aut meridiani partium eſt quinquaginta duarum.

QVAE NAM OBSERVANDA ſint in deſignatione fienda in plano.

CAPVT XXI.

QVAPROPTER bene ob hęc erit. vt lineę quę ꝑ meridianis ponentur recte ſeruẽtur, quę ṽo pro parallelis, vt in circulorũ ſegmẽtis per vnũ & idẽ centrum ſcribãtur, a quo per ſuppoſitum borealẽ polum meridionales rectas ducere oportebit, quo pręomnibꝰ ſimilitudo ſecundũ habitudinem ipſam, & forma ſphericę ſeruetur ſuperficiei, ita tamẽ, vt meridiani abſq; declinatione ad parallelos remaneant, ac etiã in cõmunem illũ polum coincidãt. Cęterum quũ poſſibile haud ſit, vt per omnes parallelos proportio ſeruetur ad ſphærã, ſatis erit vt hoc in eo, qui per Thylem eſt, ac in æquinoctiali obſeruetur, quo latera, quę latitudinẽ ſecundũ nos complectuntur, veris fiant cõmenſurabilia. Qui vero per Rhodum ſcribitur, ſuper quo in diſtantijs longitudinis plurimę factę ſunt indagationes, per diuiſionem proportionis ad meridianum, veluti Marinus facit, deſignari debet, hoc eſt, iuxta ſeſquiquartã fere, ſimilium circũferentiarũ rationem, quo magis nota orbis longitudo recte cum latitudinis menſura conueniat, huius ṽo inſtructionis modũ deinceps manifeſtum reddemus, quũ exponemus, quo pacto in ſphęra deſcriptio fieri debeat.

QVALITER OPORTEAT ORbem in ſphera deſcribere.

CAPVT · XXII.

MAGNITVDINem igit̃ ſphęrę, aut multitudinem locorum deſignandorũ, inuentio preparantis diſcernet, quo firmitudinẽ habeat ſimul & decorẽ, quãto enim hęc plus augetur, tanto etiam deſcriptio, ſincerior pariter & manifeſtior fieri poterit. Quantacũq; igitur fuerit, poli ipſius ſumantur, accurateq; eis ſemicirculũ adaptemus, qui parum et niſi tantũ a ſuperficię diſtet, vt illã in reuolutione non atterat. Semicirculus vero tenuis ſit, ne multa obumbret loca. Alterũ vero latus exãmuſſim per ipſa ſigna, quę per polos tranſeunt, habeat extenſum, vt per illud meridianos ſcribamus, quod & in centum octuaginta diuidemus ꝑticulas, numeroſq; aſſignabimus, a media, & quæ per ęquinoctialẽ futura erit ſectione, initiũ facientes. Similiter & æquinoctialẽ deſcribentes, alterũ illius ſemicirculũ in ęquas centum & octuaginta diuidemus ꝑtes, huiuſq; numeri principiũ, ab illius fine inchoabimus, per quẽ & occidentaliſſimũ deſcribemus meridianum. Deſcriptionẽ aũt lõgitudinis et latitudinis, ex cõmentarijs, in quibus annotatę ſunt partes, ſecundũ vnumquẽq; locum ſignatũ faciemus, necnon a diuiſionibus ſemicirculorũ ęquinoctial̃, & mobilis meridiani, hũcq; ad oſtenſam logitudinis partẽ circũferemꝰ, hoc eſt, ad numerũ qui ęqnoctialis continet ſectionẽ, latitudinis vero diſtantiã, ab ęquinoctiali, ex ipſa meridiani diuiſione ſumemus, & iuxta numerũ oſtenſum, ſignationẽ ponemꝰ codẽ modo, q̃ et in locatione ſtellarũ ſup ſphęrã ſolidã. Similiter & meridianos ſcribere licebit, ꝑ tot longitudinis partes, q̃t voluerimus, pro norma vtentes latere circuli diuiſi. Parallelos aũt ꝑ tot partes ſcribere poterimus, quot diſtantiarꝫ erit cõmenſuratio, ſi ſignum illud, quod eos deſcribit, numero peculiarẽ diſtantiã lateris ſignanti, apponamus, circũferamuſq; cũ ipſo circulo, vſq; ad meridianos, qui terminos cognitæ telluris ſegregant.

EXPOSITIO MERIDIANORVM ET PARALLELORVM QVI deſcriptioni ſunt apponendi.

CAPVT XXIII

PROINDE iſti interſtitia horaria cõplectẽtur duodecin, demõſtratis cõſequẽter. Scribatur aũt parallelus, q auſtraliorem terminat plagam, vt tantũ diſtet ab æquinoctiali, meridiem verſus, quantũ parallelus per Meroem verſus ſeptẽtriones. Cęterũ meridianos per tertiã partẽ vnius horæ æquinoctialis ſcribi debere, commenſurabile nobis viſum fuit, hoc eſt p particulas quinqȝ earũ, quę in ęquinoctiali cõpræhenſæ ſunt, parallelos autem qui ęquinoctiali ſunt borealiores ita.

Primũ quidem, vt ab ipſo per quartã vnius horæ differat, ac ſecundũ meridianũ, quemadmodũ demonſtrationes lineares fere ſubijciunt, partibus diſtet quatuor & $\frac{1}{4}$.

Secundum vt per dimidiũ horę vnius differat, pariterqȝ diſtet partibus octo $\frac{1}{2}$.

Tertiũ vt per horã dimidiã & quartã horæ vnius differat, partibus vero diſtet duodecim ſemiſſe.

Quartũ vt per horã differat vnam, diſtetqȝ partibus ſedecim $\frac{1}{2}$, ſcriptũqȝ per Meroem.

Quintũ vt differat per horã vnam et quartam, ac diſtet partibus viginti quarta vna.

Sextum vero et ſub ęſtiuo tropico, vt per horã vnam et dimidiam differat, diſtetqȝ partibus.23.dimidia & tertia, ſcriptũqȝ per Syenẽ.

Septimum vt hora vna ac dimidia necnon quarta differat, ac partibus diſtet.27 $\frac{1}{4}$.

Octauum vt horis differat duabus, diſtet vero partibus.30.cum tertia.

Nonum vero vt differat horis duabus cum quarta, diſtetqȝ partibus.33. & tertia.

Decimũ vt horis duabus & dimidia differat, ac diſtet partibus.36 $\frac{1}{12}$. ſcriptũqȝ per Rhodum.

Vndecimũ vt differat horis duabus cum dimidia & quarta, diſtetqȝ partibus.38.cum dimidia ac duodecima.

Duodecimum vt horis differat tribus, ac diſtet partibus.40.dimidia tertia et duodecima.

Decimũ tertiũ vt differat horis tribus cum quarta, diſtetqȝ partibus.43.et duodecima.

Decimũ quartum vero vt differat per horas tres cum dimidia, ac partibus diſtet.45.

Decimum quintũ vt horis differat quatuor diſtetqȝ partibus.48.dimidia & $\frac{1}{12}$.

Decimum ſextũ vt differat horis quatuor et dimidia ac diſtet partibus.51 $\frac{1}{2}$.

Decimũ ſeptimũ vt quinqȝ differat horis, diſtetqȝ partibus.54.

Decimum octauũ vt differat horis quinqȝ cũ dimidia, ac diſtet partibus.56 $\frac{1}{6}$.

Decimum nonum vt ſex differat horis, diſtetqȝ partibus.58.

Vigeſimum vero vt horis differat ſeptem, ac diſtet partibus.61.

Vigeſimnm primũ vt per octo differat horas, diſtetqȝ gradibus.63.ac ſcriptũ per Thylem.


Scribetur & alius ad meridiem ab æquinoctiali, qui horę dimidię contineat differentiam, qui & per Raptum promontorium & Cattigara trãſibit, loca oppoſitione ſua fere æqualia, ac diſtet ab æquinoctiali partibus octo $\frac{1}{2}$.

MODVS PER QVEM ORBIS IN PLANO ITA DESCRIBI POSSIT vt commenſuratione ſimilis ſit poſitioni ſphęricæ.

CA ·XXIIII·


IN DESCRIPTIONE vero quę in tabula fit, modus Symetriæ precipuorũ parallelorum, talis nobis erit. Præparabimus tabulam parallelogramã rectangulã, veluti eſt A.B.C.D.habeatqȝ latus.A.B.duplũ fere quã.A.C.ſupponaturqȝ recta.A.B.ſecundũ poſitionem ſuperiorẽ, quę in deſcriptione verſus partes erit boreales, deinde diuidemus.A.B.bifariã, & ad rectos angulos lineæ rectę.E.F.normam illi cõmenſuratã, & rectam adaptabimus, ita, vt linea media.E.F ſua longitudine, ſub vna rectitudine, vſqȝ ad.E.G. protrahatur, ſumamuſqȝ ab ipſo E.vſqȝ ad.G.triginta quatuor partes tales,

qūales ſunt per lineā rectam.G.F.centū triginta vna & tertia cum duodecima ſuper centroqꝫ.G. per ſignū interſtitij,quod ab eo abeſt per lineā,G.H.ſectionibus ſeptuaginta nouē,circulū ſcribemus,qui pro eo erit parallelo,qui per Rhodū tranſit,nempe.H.K.L.pro terminis vero longitudinis,quę ex ſex horaꝝ colliguntur interſtitijs,ab vtraqꝫ parte.K.ſumamus ſuper.G.E.medij meridiani linea diſtantiā quatuor interſtitiorū,q̄ in parallelo per Rhodū ſimiles ſint quīqꝫ,per ſeſquiquartā fere rationē maximi circuli ad ipſum,taleſqꝫ decem & octo conſtituemus ab vtraqꝫ parte pūcti.K.ſecundū circūferentiā.H.K.L.habebimuſqꝫ ſigna,per q̄ cōiungere oportebit ab.G.meridianos,qui tertię partis horaꝝ interualla cōpręhendant,ita vt.G.H.M.&.G.L.N.longitudinis terminent fines.Conſequenter vero & parallelus,qui per Thylem eſt, ſcribetur diſtantia quę abſit ab.G.ſuper linea.F.G.ſectionibus.52.veluti.O.P.Q.ęquinoctialis vero vt ſimiliter diſtet a.G.per lineā.F.G.ſectionibus.115.qui ſit.R.S.T.oppoſitus vero per Meroē & auſtraliſſimus, vt diſtet a.G.ſectionibus.131,cū tertia & duodecima,veluti.M.V.N.ratio igitur ipſius.R.S.T ad.O.P.Q.colligeť quēadmodū.115.ad.52.ſecundū rationē parallelorū horum in ſphæra,quandoquidē qualiū.G.S.ſupponiť.115.taliū eſt &.G.P.ſectionū quīquagīta duarū.Et quēadmodū ſe habet.G.S.ad.G.P.ſic ſe habet circūferentia.R.S.T.ad.O.P.Q.depręhendeť aūt & meridiani.P.K.diſtantia,hoc eſt ea,quæ ab parallelo,qui per Thylē tranſit,ad illum qui eſt per Rhodū ſectionū.27.diſtantia vero.K.S.ideſt a parallelo,qui per Rhodū ad æquinoctialē vſqꝫ, earundē ſectionū exiſtit.36.At diſtantia,S.V.hoc eſt ea,quę ab ęquinoctiali eſt,ad oppoſitū ei,qui eſt per Meroē,earundē.16.cū tertia & duodecima.Pręterea qualiū eſt diſtantia.P.V.ſecundū latitudinē terrę cognitæ,ſeptuaginta nouē cum tertia & duodecima,aut integrarum octuaginta, taliū erit & H.K.L.media ſecundū longitudinē diſtantia,centum quadraginta quatuor,ſecundū ea, quę demonſtrationibus ſupponunť,eandem enī rationē ferme habent,quadraginta milia latitudinis, ad ſeptuaginta duo milia longitudinis,in parallelo,qui ꝑ Rhodū tranſit.Porro & reliquos ſcribemus parallelos,ſi rurſus centro.G.vſi fuerimus & interſtitijs,q̄ diſtant ab.S.ęqualibus ſectionibus,vt expoſitū eſt,ab receſſibus ęquinoctialis.Cęterū non oportet vt eas lineas,quę pro meridianis ponunť.ad parallelū vſqꝫ.M.V.N.rectas ſcribamus,ſed ſolū vſqꝫ ad ęquinoctialē.R.S.T.ac poſtea circūferentiā.M.V.N.diuidemus in ęqualia,& numero paria ſegmenta,q̄ attribuemus meridianis illis,qui ꝑ Meroē ſumunť,ſectioneſqꝫ illas cōiungem⁹,cū meridianis, qui recte ſuꝑ ęquinoctialē incidūt,vt appareat,qualis ex inuerſione tranſſumpta,ſit ab altera ęquinoctialis parte,& ad meridiem declinans poſitio,veluti oſtendunt.R.X.&.T.Y.lineæ.




DEMVM propter facilē locorum ordinandorū adnotationē iterum regulamentū tenue faciemus, quod ęquale ſit lōgitudini. G.F. t ntum. illudq; firmabimus in. G. ita, vt cum per totā longitudinē deſcriptionis circūferatur, exacte rectis alterius lateris congruat meridianis, quo ſectio eius per medium cadat polum, latuſq; hoc in ſegmenta, ſi ad. G.F. ptinere debent, centum triginta diuidemus, aut ſolū in ſegmenta centum quindeci, ſi. G.S. reſpiciant, numeroſq; adnotabimus, facientes initiū a ſectione, q̄ per ęquinoctialē eſt, a quib' & parallelos ſcribere poſſumus, ne dū meridianum. qui in deſcriptione eſt, in omnia ſegmēta diuidimus & ſignamus, inſcriptiones locorum, quę ſuper ipſum caſurę ſunt cōfundamus, partiemur igitur ęquinoctialē in duodeci horaꝝ centum octuaginta partes, numeroſq; apponemus, initium facientes a meridiano occidentaliſſimo, ac ſemp regulamenti latus ad oſtenſam lōgitudinis partē mouebimus, donec per diuiſionē in regulamento factā. ad poſitionē ſecundum latitudinem ſignatā perueniamus, ibiq; ſup vnoquoq; ſignationē debitā, eodem quo in ſphęra oſtenſum eſt modo faciemus. Porro ſimiliorem etiā & magis cōmenſuratā deſcriptionem orbis, in tabula faciemus, ſi lineas meridianas imaginatione cōcipiamus, ad ſimilitudinē linearum meridianaꝝ in ſphęra, ita, vt aſpectuū ſeu oculorum axis in ſphęre poſitione penetret, & per ſectionem, q̄ ad aſpectū eſt meridiani, qui lōgitudinem terrę cognitę in duas diuidit partes, & paralleli, qui & ipſe bifariā ſecat eius latitudinem, nec non centrum ſphęræ, quo ex ęquo termini oppoſiti viſu compręhendantur & appareant.

Primū igitur propter quantitatē inclinationis paralleloꝝ circulorum, et p inciſionem ſignatā, & centrū ſphęrę, recti ad medium longitudinis meridianum plani, circulus intelligat̄ maximus, qui hemiſphærīū terminet, apparens. A.B.C.D. & ſemicirculus, qui hemiſperiū meridianum bifariā diſpeſcat ſic. A.E.C. at ſectio, quę ad aſpectum huius eſt, & paralleli, qui bifariā ſecat latitudinem ſit ſignū. E. ſcribaturq; p. E. circuli maximi iterū ſemicirculus rectus ad. A.E.F.C. qui ſit. B.E.D. cuius planum per axim aſpectuū ſeu viſus ſubijci conſtat, inde circūferentię. E.F. partes ſumantur viginti tres & ſemis cum tertia, tot enī diſtat ęquinoctialis ab eo qui per Syenem eſt. qui maximus fere cōſtituitur latitudine, ſcribaturq; per. F. ſemicirculus ęquinoctialis, B.F.D. & tunc inclinatum apparebit, ęquinoctialis planū, necnō reliquorum paralleloꝝ, ad illud quod eſt per axem aſpectuum ſeu viſus, quū circūferentia. E.F. partium exiſtat viginti trium ſemis cum tertia. Intelligantur itaq;. A.E.F.C. &. B.E.D. rectę pro circūferentiibus. B.E. rationē habētis ad. E.F. quā. 90. ad. 23. dimidium & tertium, & producta. C.A. cadat centrum, in quo ſcribatur. B.F.D circuli ſegmentū, iuxta. G. proponaturq; vt ratio inueniatur. G.F. ad. E.B. iungatur itaq;. F.B. recta, quę bifariā diuidatur in. H. cōiungatur etiā. H.G. nempe vt ppendicularis ad. B.F. fiat. Quoniā igit̄ qualiū eſt. B.E. recta nonaginta, talium ſupponitur. E.F viginti triū & ſemis cū tertia eorundē, erit et. B.F. ſubtenſa nonaginta triū cum decima. Angulus vero ſub. B.F.E. taliū centū quīquaginta cū tertia, qualium duæ rectę trecētaꝝ ſexaginta, reliquus vero angulus ſub. H.G.F. eorūdē viginti nouē cū tertijs duob', ac ideo ratio. G.F. eſt ad. F.H. eadē, quę. 180. ſemis cū tertia ad. 46 et ſemis cū viceſima, & eſt qualiū H.F. recta. 46. ſemis cū viceſima taliū. B.E. recta nonaginta, ita vt qualiū eſt. E.B. recta. 90. eorūdē eſt F.E. 23. ſemis cū tertia, ac ideo qualiū eſt. E.B. recta nonagita, taliū habebimus et. G.F. rectā. 181





ſemis cum tertia. Signũq̃. G. in quo omnes ſcribantur paralleli in deſcriptione plana.



HIS premiſſis accipiatur tabula. A. B. C. D. que iterũ in duplo maiorem habeat. A. B. q̃. A. C ſed æqualem. A. E. cũ. E. B. & ad ipſas rectã. E. F. diuidaturq̃ ęqualis aliqua. E. F. recta in nonaginta quadrãtis p̃tes, accipiãturq̃. F. G. partes ſedecim cũ tertia et duodecima. G. H. v̂o partes. 23. ſemis cum tertia, at. G. K. earundẽ. 63. ſuppoſitoq̃. G. pro æquinoctiali, erit. H. nota, p̃ quã ſcribetur, qui per Syenẽ eſt, & medius ferme latitudinis parallelus. F. vero nota erit per quã ſcribet̃ ille, qui auſtralẽ terminat finẽ. K. aũt per quã ſignabit̃ ille, qui poſitionem finit ſeptentrionalem, caditq̃ per inſulã Thylẽ. Deinde linea. F. E. producatur vſq̃ ad. L. ita q̃ tota linea. F. E. L. cõtineat earundẽ ſectionum. 181. dimidiã cũ tertia aut. 180. tantum, nã propter hoc deſcriptio nil notatu dignum variabit, in cẽtroq̃. L. et ĩteruallis F. & H. et. K. circũferentias ſcribemus. Q. K. R. et. O. H. P. & M. F N. & ſic propria ratio parallelorum, ad inclinationẽ p̃ Axim aſpectuum ſeu viſus ſuper planum obſeruata erit. Quoniã & hic axis ad. H, declinare debet, & rectus eſſe ad tabulęplanum, vt rurſus ex ęquo oppoſiti fines deſcriptionis viſu comprehendi poſſint. Vt aũt longitudo quoq̃ cõmenſurata ſit latitudini (quoniã in ſphera qualium eſt maximus circulus quinq̃, talium ferme parallelus per Thylẽ eſſe colligitur duarum cum quarta, qui vero per Syenẽ eſt, quatuor cũ dimidia & duodecima. At qui eſt p̃ Meroẽ quatuor ſemis cũ tertia) oportet ex vtraq̃ parte. F. K. meridianę rectę decem & octo cõſtituere meridianos, per tertiã partẽ vnius horæ ęquinoctialis, ad cõplementum eorum, qui ſub tota longitudine cõprehenduntur. Semicirculorum aũt ęquiualentia accipiemus ſegmenta, ſecundum quẽlibet trium expoſitorũ parallelorum, tertię partis horę vnius, partes quinq̃. Et a. K. quidẽ per duas partes & quartã faciemus ſectiones, qualiũ habebamus. E. F. rectam nonaginta, ab. H. vero per quatuor & dimidiam cum duodecima. & ab. G. F. per quatuor dimidiã cum tertia ſuper eiſdẽ. Deinde per ęquiualentia tria ſigna ſcribemus circũferentias, quæ erunt pro reliquis meridianis, tanq̃ quę totã terminent longitudinẽ. S. T. V. & X. Y. Z. adimplebimus & eas quoq̃, quę pro cęteris erunt parallelis, rurſus centro. L. vtentes, diſtantia vero pro fiendis ſectionibus, ſuper linea. F. K. iuxta diſtantias eorũ ad æquinoctialem. Q. vero talis deſcriptio ſphericę formæ ſimilior ſit q̃ prior, per ſeſe patet. Quoniã ſi ſphæra fixa maneat, & non circumuoluatur, quod & tabulę contingit neceſſario, quum per mediũ deſcriptionis viſus conſtituitur, vnus quidẽ medius & meridianus per axem aſpectuũ ſeu viſus in planũ cadens, imaginationẽ rectę prębet lineę, qui v̂o ex vtraq̃ huius parte ſunt, omnes ad ipſum ſecundum concaua conuerſi apparent, et magis illi, qui plus ab eo diſtant. quod & hi obſeruabitur, cũ decenti conuexitatũ analogia pariter & cõmenſuratio circũferentiarũ parallelorũ adinuicem ſeruabitur, non ſolum vt in illis qui ſub ęquinoctiali ſunt et cũ, qui per Thylem tranſit, propria conſeruetur ratio, ſed & in alijs, vt q̃ rectiſſime quadrent, quẽadmodum conſiderare licebit, ijs qui periculũ ſunt facturi, quin & totius latitudinis ad totam longitudinẽ ratio

ſeruanda eſt, & rurſus, non ſolũ in illo parallelo, qui per Rhodũ deſcribendus eſt, queãd modũ ibi, ſed plane in omnibus ferme, ſi enĩ et hic producamus. S. ⁊. V rectam, veluti in priori figura. Circũferentia. H. ⁊. minorẽ videlicet rationẽ faciet ad. F. S. & K. V. ꝗ̃ꝫ cõueniat rationi deſcriptionis huius, ita vt ſecundũ totã. H. T. patiatur defectũ, ſi vero hanc cõmenſuratã faciemus. K. F. latitudinis diſtantię. F. S. & K. V. maiores erũt Symetrijs, ad. F. K. Queadmodũ & H. T. ſi aũt. F. S. et K. V. commẽſuratas. F. K. ſeruauerimus. H. ⁊. minor erit cõmenſuratione, ad. K. F. queadmodum & K. V. H. T.





EX his igitur modus iſte priorem pręcellit, a priori vero in facilitate deſcriptionis ſuperatur. quoniam illic quidẽ, ab regulę circũductione & trãſlatione, quũ ſolũ vnus deſcriptus erit parallelus, ac diuiſus, ſingula loca ſuo ordine collocari poterũt, quod in deſcriptione iſta nõ tã facile fieri poteſt, propter meridianarũ linearũ ad mediũ inflexiones, & quia omnes circulos ſingulatĩ inſcribere neceſſe eſt, necnõ poſitiones, q̃ inter laterculos cadũt, ad tota amplectãtia latera, p partes ſignatas ratiocinatione cõiecturare. Quę quũ ita ſint, mihi & hic, & vbiqꝫ, q̃d melius eſt, licet ſit laborioſius, deteriori tamẽ, & faciliori p̃ferendũ erit, ambos tamẽ ſimul ita ordinatos modos, ob ſeruãdos eſſe cẽſeo, eorũ hominũ gratia, qui ꝓpter facilitatẽ, ad expeditiorẽ modũ ſunt ꝓcliuiores.

Qualium eſt ęquinoctialis quinqꝫ, taliũ eſt qui per Meroem tranſit quatuor & ſemis cũ tertia, ita vt rationem habeat ad eum quam. 30. ad. 29.

Qualiũ eſt ęquinoctialis quinqꝫ, talium eſt, qui p Syenem tranſit quatuor & ſemis cũ duodecima, ita vt rationem ad eum habeat, quã. 60. ad. 55. hoc eſt, duodecim ad vndecim.

Qualium eſt ęquinoctialis quinqꝫ, talium eſt, qui per Rhodum ſcribitur quatuor, vt ad eum rationem habeat ſeſquiquartam.

Qualium eſt æquinoctialis quinqꝫ, talium eſt, qui per Thylem tranſit duarum cum quarta, vt rationem ad eum habeat, quam. 20. ad. 9.

LIBRI PRIMI FINIS. *

CLAVDII PTOLEMAEI GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS LIB.II.

Hæc in ſecundo continentur libro.

Prologus particularis enarrationis.
Expoſitio occidentalioris Europę partis, ſecundū ſubiectas prouintias vel prefecturas.

Hybernię Inſulę Britanicę
Albionis Inſulę Britanicę
Hiſpanię Beticę
Hiſpanię Luſitanię
Hiſpanię Tarraconenſis
Celtogallię Aquitanię
Celtogallię Lugdunenſis
Celtogallię Belgicę
Celtogallię Narbonenſis
Germanię magnę
Recię & vindelicię
Norici
Pannonię ſuperioris
Pannonię inferioris
Illiridis Liburnię
Dalmatię

Prouincię.16. Tabulę.5.

Definitio
Promontoria
Inſulę
Fluuiorum ſitus
Littoralis deſcriptio
Pelagorum nomina
Montes
Flumina
Paludes
Prouinciarum nomina
Regiones ſeu gentes
Inſcriptiones
Supraſcriptiones
Ciuitates inſignes
Ciuitates ſecundę
Ciuitates tertię

CAPVT ·I·

PROLOGVS.

QVAE igitur vniuerſaliter circa geographiã ſint obſeruanda, conſequēterꝙ, q̊ pacto deſcriptio ex Hiſtoria, vſque huc cognitarū terrę partiū emendari poſſit, hoc eſt, noſtri orbis, tam in Symetria locorum inuicem, q̃ꝫ figura, vt q̃ꝫ maxime deſcriptioni in ſimilitudine et modo cõueniãt, hucuſꝙ nobis ſit prefiguratum. Nunc vero particularem inchoabimꝰ expoſitionē, illud premittētes, Cenſendum eſſe, particulares exploratorū locorū deſcriptiones quum in longitudine tū in latitudine, q̃ꝫ maxime propter cognitionis aſſiduitatem ad veritatem accedere, ac ideo etiam, ꝙ ita omnes concordent traditiones. Quę vero non eodē modo, propter raritatē, peragrata ſunt, nec ob incertitudinē hiſtorię cognita, exactiſſime conſiderari debere, ſecundū propinquitatem poſitionum et figurationū eorum locorum, quę certiori fide ſunt deprehenſa, quo nihil nobis ex ijs quæ ad complementum totius orbis ordinanda ſunt, imperfectum habeat modum. Quapropter & partium poſitiones ſuper ſingulis locis in exterioribus ſpaciorū appoſuimus particulis, modo regulari, longitudinem tamen latitudini prepoſuimus, vt ſi emēdationes aliquæ, ab hiſtoria certiori inciderint, in reliquis ſpaciorū paginis aſcribi poſſint, Porro & eū in deſcriptiōe elegimꝰ ordinē, vt vbiꝙ facilitatis curã gereremus, hoc eſt, vt a dextra tranſitum faceremus, ab ijs quę iã ordinata ſunt, ad ea quę nōdū ſub manū venerūt. Hoc autē fiet, ſi borealiora prius q̃ꝫ auſtraliora deſcribãtur, occidentalioraꝙ anteq̃ꝫ oriētaliora. Quoniam ad deſcribentium oculos, in ſuperiori nobis loco, borealiora conſtituuntur, in dextra ꝟo

orientaliora orbis, tam in ſphera ꝙ in tabula, acideo quę in Europa ſunt, prius collocauimus, quam & nos a Libya, Herculeo diuidimus freto, ab Aſia ṽo pelago interiacenti, ac Palude Meoti, necnon flumine Tanai, ac eo meridiano, qui ad terram protenditur incognitam. His reliqua quæ per libyam ſunt adnectimus, quam etiam ab Aſia diuidim⁹, poſt maria quę iuxta Praſſum Aethiopię ſunt promontorium, vſqꝫ ad ſinũ Arabicũ, ipſo ſinu Arabico ac Iſthmo, q ab eius receſſu, iuxta Heroum ciuitatẽ ad noſtrũ vſqꝫ pertigit mare, Aegyptumqꝫ diſterminat ab Arabia et Iudea, ne Aegyptũ diſtraham⁹, ſi Nilum ſtatuerim⁹ terminũ. Et quia cõmodius eſt, continẽtes, cũ ita euenit, fretis potius ꝙ fluminib⁹ termĩari. Reliqua ṽo quę ꝑ Aſiam ſunt, eodẽ ſubiũgemus propoſito, tam per continentẽ vnũquemqꝫ in partibus eius ad terrã totam, ꝙ orbẽ vniuerſum, quo ad partes ipſas, hoc ẽ vt iterum regiones borealiores & occidentaliores, primo ſcribamus, necnon adiacentia eis maria ac inſulas, cũ ſpecie vniuſcuiuſqꝫ digniori, ſed & partes illas prouinciarũ, ſeu pręfecturarũ, diſcernem⁹ circumſcriptione, expoſitionẽ iuxta promiſſionem, quam ab initio fecim us, continuãtes, ſolũ tñ quantũ ad cognitionem localẽ, & ordinẽ profuerit, diffuſam circa ſingulares gentium mores, hiſtoriã ꝑtermittẽtes. pręterqꝫ ſi ea, de quib⁹ antea nobis ſermo fuit, breui & neceſſaria indiguerit adnotatione. Proinde talis expoſitionis modus, cuilibet facultatẽ preſtabit, vt vel vnam ſeu plures prouincias, aut pręfecturas deſcribere poſſit, ſecundũ ꝙ tabularũ congruerint dimẽſionibus, cũ decenti ratione, & figuratione eorum quę ſub vnaquaqꝫ tabula cõprehẽdi poſſunt, ad inuicẽ, iuxta eundẽ fiendi ordinis modũ. Pręterea nil admodũ referet, ſi æquidiſtantibus vſi fuerimus meridianis lineis, rectis quoqꝫ parallelorũ, dũmodo ſolum partes diſtãtię meridianorũ eam rationẽ ſumant ad diſtantias parallelorũ, quã maxim⁹ habet circulus ad illum parallelũ, qui in tabula hac medi⁹ erit. His itaqꝫ definitis, particularem iam inchoabimus expoſitionem.

CAPUT II

Tabula prima Europę
Hibernię Inſulę Britanicę Situs

SEPTENTRIONAL' lateris deſcriptio, quod ab hyperboreo oceano alluitur.

Boreũ Promõt.	11	61
Vennicniũ Promontorium.	12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	61 $\frac{1}{3}$
Viduę flu. oſtia	13	61
Argitę flu. oſtia	14 $\frac{1}{2}$	61 $\frac{1}{2}$
Robogdium Promõt.	16 $\frac{1}{3}$	61 $\frac{1}{2}$

Occidentale latus incolũt Vennicnij. Deinde reliquum & Orientale Robogdij. Deſcriptio autẽ lateris Occidentalis, quod ab Occidentali Oceano alluitur.

Poſt Boreũ ꝑmõt. qđ eſt	11	61
Rauij flu. oſtia	11 $\frac{1}{3}$	61 $\frac{1}{3}$
Nagnata vrbs inſignis	11 $\frac{1}{4}$	60 $\frac{1}{4}$
Libnij flu. oſtia	10 $\frac{1}{2}$	60
Auſobae flu. oſtia	10 $\frac{1}{2}$	59 $\frac{1}{2}$
Seni flu. oſtia	9 $\frac{1}{2}$	59 $\frac{1}{2}$
Dur flu. oſtia	9 $\frac{2}{3}$	58 $\frac{2}{3}$
Ierni flu. oſtia	8	58
Notium promont.	7 $\frac{2}{3}$	57 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$

Poſt Vennicnios idem habitant latus Erdini, Sub quibus Nagnatę
Deinde Autini
Poſt quos Gangani
Sub quibus Vellábori
Meridionalis reliqui lateris ſequitur deſcriptio, cui Verginius adiacet Oceanus

Poſt Notium promont.		
Dabronę flu. oſtia	11 $\frac{1}{4}$	57
Birgi flu. oſtia	12 $\frac{1}{2}$	57 $\frac{1}{2}$
Hieron vel Sacrũ ꝑmõt.	14	57 $\frac{1}{2}$

Habitant idẽ latus poſt Vellabros Vterni
Supra quos Vodię, & qui orientaliſſimi ſunt Brigantes.
Oriẽtalis lateris deſcriptio, cui adiacet Oceanus, qui vocatur Ibernicus

Poſt ſacrũ promõt. qđ eſt	14	57 $\frac{1}{2}$
Modoni flu. oſtia	13 $\frac{2}{3}$	58 $\frac{1}{3}$
Manapia vrbs	13 $\frac{1}{2}$	58 $\frac{1}{3}$
Obocę flu. oſtia	13 $\frac{1}{2}$	59
Eblana Ciuitas	14	59 $\frac{1}{2}$
Bubindę flu. oſtia	14	59 $\frac{1}{2}$
Iſamnium promont.	15	60
Vinderij flu. oſtia	15	60 $\frac{1}{4}$

Logię flu. oſtia 15 ⅓ 60 ⅔
Poſt hęc Robogdium eſt promont.
Idem hãbitãt lat⁹ poſt Robogdios Darini Sub quib⁹ Voluntij. Deinde Blani. Poſt Cauci. Sub quibus Manapij. Poſt Coriondi ſupra Brigantes.

Ciuitates mediterraneę hæc ſunt

Regia 15 60 ⅔
☆ Ręba 12 59 ½ ¼
Laberus 15 59 ¼
Macolicum 11 ½ 58 ⅔
Regia altera 11 59 ½
Dunum 11 ½ 58 ½ ¼
Iuernis 11 58 ⅙

Hibernię ſupiacent quinq; Inſule Ebudae nomine. Quarũ occidẽtalior vocatˀ

Ebuda 15 62

Deinde quę ad ortum magis extenditur ſimiliter

Ebuda 15 ⅔ 62
Poſtea Ricina 17 62
Poſt malcos 17 ½ 62 ⅙
Poſt Epidium 18 ½ 62

Iuxta oriẽtalem plagam Hibernię Inſulę hęc ſunt

Monaoeda 17 ⅔ 61 ½
Mona Inſula 15 57 ⅔
Edri quę deſerta eſt 15 59 ½
Limni quę deſerta eſt 15 59

ALBIONIS INSVLAE BRITANNICAE SITVS.

CAPVT IIII.

Tabula prima Europę

SEPTENTRIOnal lateris deſcriptio, quod alluit oceanus, qui vocatur Deucalledonius.

Nouantũ Cherſoneſus, & eiuſdẽ nomĩs ꝓmõtoriũ 21 61 ⅔

Rerigonius ſinus 20 ½ 60 ½ ⅓
Vidogara ſinus 21 ⅓ 60 ½
Clota ęſtuarium 22 ¼ 59 ⅓
Lelannonius ſinus 24 60
Epidium promont. 23 60 ⅔
Longi flu. oſtia 24 ½ 60 ⅔
Itys flu. oſtia 27 60 ⅔
Volſas ſinus 29 60 ½

Nabęi flu. oſtia 30 60 ½
Taruedũ quod et orcas promõt 31 ⅓ 60 ¼

Occidentalis lateris deſcriptio quod Ibernicus ac Vergiuius alluit oceanus.

Poſt nouãtũ Cherſoneſum, q̃ habet 21 61 ⅔

Abrauanni flumi. oſtia 19 ⅓ 61
Iena æſtuarium 19 60 ½
Deuæ flu. oſtia 18 60
Nouij flu. oſtia 18 ⅓ 59 ½
Ituna æſtuarium 18 ½ 58 ½ ¼
Moricambe æſtuariũ 17 ½ 58 ⅓
Setantiorum portus 17 ⅓ 57 ½ ¼
Beliſama æſtuarium 17 ½ 57 ⅓
Setcia æſtuarium 17 57
Tiſobis flu. oſtia 15 ⅔ 56 ⅓
Ganganorũ promõt. 15 56
Stuccie flu. oſtia 15 ⅓ 55 ½
Tuerobis flu. oſtia 15 55
Octapitarũ promont. 14 ⅓ 54 ½
Tobij flu. oſtia 15 ½ 54 ½
Ratoſtathibij flu. oſtia 16 ½ 54 ½
Sabriana æſtuarium 17 ⅓ 54 ½
Vexalla æſtuarium 16 53 ½
Herculis promont. 14 53

Antiueſtęum promontoriũ, quod etiã dicitˀ

Bolerium 11 ½ 25 ½
Dãnoniũ q̃d etiã dr̃ Ocrinũ ꝓmõt. 12 51 ½

Reliqui Meridionalis lateris deſcriptio, quod Britannicus oceanus alluit

Poſt Ocrinum promontoriũ.

Cenionis flu. oſtia 14 50 ½ ¼
Tamari flu. oſtia 15 ⅓ 52 ⅙
Iſacę flu. oſtia 17 ½ ⅓ 52 ⅓
Alaunij flu. oſtia 17 ⅔ 52 ⅓
Magnus portus 19 53
Triſantonis flu. oſtia 20 ⅓ 53
Nouus portus 21 53 ½
Cantium promont. 22 54

Orientalis deinde ac auſtralis plagæ latera, quę Germanico alluũtur oceano deſcribuntur

Poſt Taruedũ quod & Orcas promõt. quod iam dictum eſt

Viruedrum promont. 31 ⅓ 59 ⅔
Veruuium promont. 30 ½ ⅓ 59 ⅓
Ilæ flu. oſtia 30 52
Ripa alta 29 59 ⅓
Loxæ flu. oſtia 28 ½ 59 ½
Varar æſtuarium 27 ½ 59 ½
Tuaeſis æſtuarium 27 59
Celnij flu. oſtia 27 ⅓ 58 ½ ¼
Taizalum promont. 27 ½ 58 ½

Diuæ flu. oſtia	26	58 ½
Taua æſtuarium	25	58 ½
Tinæ flu. oſtia	24	58 ½
Boderia æſtuarium	21 ½	58 ½ ¼
Alauni flu. oſtia	21 ⅔	58 ½
Vedræ flu. oſtia	20 1½	58 ½
Dunum ſinus	20 ½ ¼	57 ½
Grauãtuicorũ portuoſus ſinus.	21	57
Oceli promont.	21 ¼	56 ⅔
Abupi flu. oſtia	21	56 ½
Metaris æſtuarium	20 ½	55 ⅔
Garienni flu. oſtia	21	55 ⅓
Extenſio	21 ¼	55
Idumanij flu. oſtia	20 ½	55
Iameſa æſtuarium	20 ½	54 ½
Poſt quã Cantiũ eſt promon.	22	54

Iuxta ſeptentrionale latus ſub Cherſoneſo eodẽ appellati nomine Nouãtę habitant

Apud quos vrbes hę

Lucopiabia	19	63
Retigonium	20 1½	60 ⅓

Sub ijs Selgoue, apud quos vrbes hę

Carbantorigum	19	59 ⅓
Ooxellum	18 ½	59 ⅓
Corda	20	59 ⅔
Trimontium	19	59

His verſus ſolis ortum magis ſeptentrionales Damnij ſunt

In quibus vrbes hę

Colania	20 ½	59 ⅙
Vanduara	21 ⅔	60
Coria	21 ½	59 ⅓
Alauna	22 ½ ¼	59 ⅓
Lindum	23	59 ½
Victoria	23 ½	59

Gadini vero magis ſeptentrionales
Otadeni autẽ magis auſtrales ſunt
In quibus vrbes

Curia	20 ½	59
Bremenium	21	58 ½ ¼

Poſt Damnios verſus ſolis ortũ magis Septẽtrionales, quaſi ad ortũ vergentes ab Epidio promõtorio, Epidij ſunt. Poſt q̊s Cerontes. Poſt oriẽtaliores Creones. Deinde Carnonacę. Deinde Carini. Et orientaliores vltimiq; Cornabij. A Lelãnonio aũt ſinu vſq; ad ęſtuariũ Varar, ſunt Caledonij. Et ſupra eos Caledonia ſilua. Quibus magis Orientales ſunt Cantę. Poſt quos Logi, coniuncti Cornabijs. Et ſupra Logos Smertę ſunt. Sub Caledonijs autẽ Vacemagi.

Apud quos hę ſunt vrbes

Banatia	24	59 ½
Tamia	25	59 ⅓
✲ Alata caſtra	27 ¼	59 ⅓
Tuæſis	26 ½ ¼	59 ⅙

Sub ijs, qui magis occidẽtales ſunt, habitãt Vennicones In quibus vrbs

Orrea	24	58 ½ ¼

Deinde qui magis orientales ſunt, Tæxali
Et vrbs

Deuana	26 ¼	59 ½ ¼

Rurſus autẽ ſub Selgouis & Otadinis, ad vtraq; maria habitant Brigantes

In quibus vrbes

Epiacum	18 ½	58 ½
Vinnonium	17 ½ ⅓	58
✲ Caturactonium	20	58
Calatum	19	57 ½ ¼
Iſurium	20	57 ⅔
Rigodunum	18	57 ½
Olicana	19	57 ½
Eboracum	20	57 ⅓

Et Legio ſexta Nicephorica

Camumlodunum	18 ½ ¼	57

Apud hos penes ſinum portuoſum Pariſi
Et vrbs

Petuaria	20 ⅔	56 ⅔

Sub ijs & Brigantibus habitant, magis ad occaſum tendentes, Orduices

Penes quos vrbes

Mediolanum	16 ½ ¼	56 ⅔
Brannogenium	16 ½	56 ¼

His vero magis oriẽtales ſunt Cornauij

In quibus vrbes

Deuana	18 ½	55 ½

Et legio vigeſima Nicephorica

Viroconium	16 ½ ¼	55 ½ ¼

Poſt hos Coritani

In quibus vrbes

Lindum	18 ⅔	55 ½ ¼
Rage	18	55 ½

Carura, quæ & Ortoſpona maximā diem habet horarū.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Diſtatq́ ab Alexandria uerſus ortum hor.5 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Drangianæ

Prophthaſia maximā diem habet hor.14 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexādria uerſus ortū ho.5 $\frac{1}{3}$.
Ariaſpa maximam diem habet hor.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.5 $\frac{1}{4}$ fere.

Arachoſiæ

Alexandria maximā diem habet hor.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.5 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{10}$.
Arachotos maximam diem habet hora.14. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.5 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{30}$.

Gedroſię

Cuni maximam diem habet horarū.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ Et diſtat ab Alexandria verſus ortū ho.5 $\frac{1}{3}$.
Muſarna maximam diem habet hor.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexādria verſus ortū hor.5 $\frac{2}{3}$.
Arbis maximam diem habet horarū.13 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortū horis.5. Hicq́ ſol ſemel in anno fit ſupra verticem, in ipſo æſtiuo tropico, Et hoc dicimus, quia ſol prope ipſum eſt tropicum. Sciendū autē q̄ quū diſtat tertia parte vnius magni gradus, qui in Zodiaco tres efficit, tum non ſemel in anno, ſed bis neceſſe eſt ſolem fieri ſupra verticem, quādo ſcilicet diſtat a tropico æſtiuo ab vtraq́ parte gradibus.3. ſicut in alijs ciuitatibus pręſcriptum eſt, quę in eadē parte latitudinis ſitę ſunt.

TABVLA ·X·



DECIMA Aſię tabula continet Indiā intra Gangē fluuiū cū adiacentibus ſibi inſulis.
Parallelus ipſius medius rationē habet ad meridianū, quā vndecim ad duodecim.

Terminatur autem tabula
Ab ortu India extra Gangem.

Ab auſtro parte Gangetici ſinus, & Indici pelagi.
Ab occaſu Gedroſia & Arachoſia, & Paropaniſadis.
Ab Arctis parte Imai montis, quę ſub Sogdianis & Saccis eſt.

Inſignes in ea ciuitates

Simylla maximam diem habet hor.12 ½ ¼. fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ horis.3 et ⅓. Hic quoq; ſol bis in anno ſupra verticem fit, quum diſtat a tropico æſtiuo vtraq; parte gradibus.50 ½.
Muceris maximam diem habet hor.12 ½ ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.3 ½ ⅓. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quando diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.52 ½ ⅓.
Chaberis maximã diem habet ho.12 ½ ⅓ 1/12. aut.13 fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ horis.4 ½ 1/12. fere. Sumitq; ſolem bis in anno ſupra verticem, quum diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.47 ½.
Palura maximam diem habet horarũ.12 ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hor.5. et ⅛. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ diſtat a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.60 ⅓
Caſpira maximam diem habet horarũ.14 1/12 fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum horis.4 ½ fere.
Bucephala maximam diem habet hora.14. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.4 ⅓ 1/30.
Palimbothra maximam diem habet horarum.13 ½ ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 ½ 1/30.
Patala maiorem diem habet horarum.13 ⅓ fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.3 ½. Suſcipit aũt ſolem in vertice bis in anno, quum diſtat ab vtraq; parte a tropico æſtiuo partes.26 ½.
Barbari maximam diem habet hor.13 ⅓ 1/9. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.3 ½ 1/30. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtãs a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.16 1/20.
Barygaza maximam diem habet hor.13 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.3 ½ et 1/30. Hic q̃q; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtãs a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.41 ½ 1/12.
Ozena maximam diem habet hor.13 ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum ho.3 ½ ⅓ fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ abeſt a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.50 ½ ⅓.
Bethana magnam diem habet horarũ.13 ⅛. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ ho.3 ½ ⅓ fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.39 ⅓.
Hippocura maximam diem habet ho.13 ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum ho.4 fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.35 ½.
Carura maximam diem habet horarum.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hor.4. fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.45 ¼.
Modura Pandionis maximam diem habet hor.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ ho.4 ⅓. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.46 ½ 1/12.
Orchura maximam diem habet horarũ.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.4 ⅓. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.45 ¼.
Pitynda maximam diem habet hor.12 ½ ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum ho.5. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.57 1/12.

TABVLA XI

VNDECIMA Aſię tabula continet Indiã extra Gangẽ, et Sinas. Parallelus ipſius medius, fere eãdem rationem habet, quam meridianus.

Circumſcribitur autem tabula
Ab ortu terra incognita.
A meridie ſinu magno, & Gangetico, qui in pelago ſunt Indico.
Ab occidente India intra Gangem.
A ſeptẽtrionibus parte Saccarũ, & Scythia

extra Imaum montem atq; Serica.

Inſigniorum Ciuitatum Indiæ extra Gangem.

Tacola maximam diem habet horarũ ęquinoctialiũ.12 $\frac{3}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hor.6 $\frac{1}{3}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.79 $\frac{1}{3}$.

Zabę maximam diem habet horarum.12 $\frac{3}{4}$ et aliquid plus. Diſtatq; ab Alexandria verſus ortũ hor.7 $\frac{1}{3}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.78 $\frac{1}{3}$.

Toſala maximam diem habet horarũ.13 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.6. Hic aũt ſol ſemel in anno fit ſupra verticem, in ipſo tropico ęſtiuo.

Tugma maximam diem habet hor.13 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ ho.6 $\frac{1}{6}$ Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.18 $\frac{3}{4}$.

Trilingum maximam diem habet ho.13 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis 6 $\frac{3}{4}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.59 $\frac{1}{2}$.

Marcura maximam diem habet horarum 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hor.6 $\frac{1}{2}$. Hic ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans ab vtraq; parte a tropico ęſtiuo gradibus.57 $\frac{1}{3}$.

Randamarcota maximam diem habet horarũ.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.7 $\frac{1}{2}$ fere.

Metropolis Argyre in Iabadij inſula maximã diem habet hor.12 $\frac{1}{2}$. Diſtatq; ab Alexãdria verſus ortum, Auſtrali polo ſuper terrã eleuato, hor.7 $\frac{1}{8}$. Hic quoq; ſol bis in anno ſupra verticem fit, diſtans a tropico æſtiuo ex vtraq; parte partes.68 $\frac{1}{12}$.

Sinarum Ciuitates inſigniores

In Sinis Aſpithra magnum diem habet horarum.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.7 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{30}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.45 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Sinę Metropolis maximam diem habet horarum.12 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum ho.8 fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ diſtat a tropico hyberno ab vtraq; parte gradibus.82 $\frac{1}{2}$.

Cattigara ſtatio maximam diem habet horarum.12 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria polo auſtrali ſuper terram elato ad ortum ho.7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtãs a tropico hyberno ab vtraq; parte gradibus.68 $\frac{1}{4}$.

TABVLA ·XII·

ASIAE tabula duodecima continet Taprobanam inſulã, cũ cæteris inſulis circa ipſam.

Parallelus medi⁹ ipſius, rationẽ habet ad meridianum eandẽ.

Circũdatur autem tabula
Ab vtraq; parte Indico pelago.

Inſignes inſulę ciuitates

Talacoris emporium maximam diem habet horarum ęquinoctialium.12 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.4 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ diſtat a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.59 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Agadina maximam diem habet hora.12 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.4 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{10}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ diſtat ab æſtiuo tropico ab vtraq; parte gradibus.68 $\frac{1}{12}$.

Maagrãnium Metropolis maiorẽ diem habet horarum.12 $\frac{1}{2}$ fere. Et diſtat ab Alexandria ad ortum horis.4 $\frac{1}{2}$ fere. Hicq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraq; pte gradibus.71 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

HAE SVNT COGNITAE ORBIS PROVINCIAE SEV PRAEFECTVRAE.

EVRO ·I· TA·

HYBERNIA inſula Britannica
Albion inſula Britannica
Tabula Secunda
Hiſpania Betica
Hiſpania Luſitania
Hiſpania Tarraconenſis
Tabula Tertia
Gallia Aquitana
Gallia Lugdunenſis
Gallia Belgica
Celtogalatia Narbonenſis
Quarta Tabula
Germania magna
Quinta Tabula
Rhetia & Vindelicia
Noricum
Pannonia ſuperior
Pannonia inferior
Illyris
Liburnia
Dalmatia
Tabula Sexta
Italia
Cyrnos inſula
Tabula Septima
Sardinia inſula
Sicilia inſula
Tabula Octaua
Sarmatia in Europa
Taurica Cherſoneſus
Tabula Nona
Iazyges Metanaſte
Datia
Myſia ſuperior
Myſia inferior
Thracia
Cherſoneſus
Tabula Decima
Macedonia
Epirus
Achaia
Peloponeſus
Creta inſula
Europæ igitur prouinciæ.34. Tabulæ.10.

APHRICAE TABVLA PRIMA

MAVRITANIA Tingitana
Mauritania Cæſarienſis
Tabula Secunda
Aphrica
Numidia
Tabula Tertia
Cyrenaica, quę & Pentapolis
Marmarica
Lybia
Aegyptus
Thebais
Tabula Quarta
Lybia interior
Aethiopia ſub Aegypto
Aethiopia omnibus his auſtralior
Aphricę prouincię.12. Tabulæ.4.

ASIAE MAGNAE TABVLA PRIMA

PONTVS
Bythinia
Quę proprię Aſia dicitur, in qua Phrygia
Lycia
Pamphilia, in qua Piſidia
Galatia, in qua Paphlagonia & Iſauria
Cappadocia
Armenia minor
Cilicia
Tabula Secunda
Sarmatia Aſiatica
Tabula Tertia
Colchis
Iberia
Albania
Armenia maior
Tabula Quarta
Cyprus inſula
Syria
Phœnicia
Iudea Paleſtina
Arabia Petrea
Arabia deſerta
Meſopotamia
Babylonia
Tabula Quinta
Aſſyria
Suſiana
Media
Perſis
Parthia

Carmania deſerta
Hyrcania

Tabula Sexta

Arabia fœlix ✱
Carmania

Tabula Septima

Margiana
Bactriana ✱
Sogdiana
Sacæ
Scythia intra Imaum montem

Tabula Octaua

Scythia extra Imaum montem ✱
Serica

Tabula Nona

Aria
Paropaniſade ☞
Drangiana
Arachoſia ✱
Gedroſia

Tabula Decima

India intra Gangem. ✱

Tabula Vndecima

India extra Gangem
Synarum regio

Tabula Duodecima

Taprobane inſula.

Sunt igitur Aſiæ Prouinciæ quadraginta octo.

Omnes ꝓuinciȩ noſtrȩ habitabilis ſunt.94

Quȩcūq; igitur gentes ſubiacent Zodiaco, preterq̄ in Sphæra armillari, ijs ſol fit ſupra verticem a Borea deſcendēs ad auſtrum, aſcendenſq; ſimiliter, & alijs quidem ſemel in anno, alijs vero bis. Sunt aūt omnes pariter qui ſub Zodiaco habitant ab occaſu ad ortum ſolis vſq; nigri, coloribus Aethiopes, & prȩcipue qui ſub circulo ȩquinoctiali habitāt, ij admodū nigreſcunt. Qui autem extra lineam ꝑpendicularē Zodiaci degunt remiſſiores ſunt colore, & in albedinem tendunt, ſecundū diſtantiȩ rationē, vſq; ad Sarmatas Hypboreos. Eadē eſt ratio Zodiaci ab vtraq; parte ȩqnoctialis, & Boreā verſus et Auſtrum, vſq; ad vtroſq; polos.

Quum autem dicitur Parallelus eius per mediū ſcriptus, rationē habet ad meridianū, queādmodū in prima Europȩ tabula, quam vndecim ad viginti, de partibus loquitur tabulȩ Parallelogramȩ, quo pacto ſe habeat pars longitudinis ad partem latitudinis. Siquidē vnaquęq; pars paralleli per medium ipſius, pars eſt longitudinis, rationem habens ad meridianum, vel vnaquęq; pars latitudinis, quam vndecim ad viginti. Eodem etiam modo in reliquis parallelis vnaquęq; longitudinis pars ad vnāquāq; latitudinis confertur partē, non tota tabulæ longitudo ad totam ipſius latitudinē. Hinc accidit vt in tabulis quibuſdam longitudo plus contineat q̄ latitudo, in nonnullis vero latitudo plus longitudine. Hæc adnotauimus, ne ſpeculationi relinqueremus. Sed vt experientia certa veritatem indagare poſſemus;

EXPOSITIO LONGITVDINIS ET LATITVDINIS SINGVLARVM TABVLARVM.

TA · EVROPAE

EVROPAE prima tabula continet longitudinem a partibus $7\frac{2}{3}$. vſq; ad partes.55 Fitq; longitudo partium.25 $\frac{5}{6}$. Latitudo vero cōtinet a partibus $51\frac{1}{2}$. uſq; ad.65. ita ut latitudo fiat partium.$11\frac{1}{2}$.

Secunda a partibus.2 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes.20 $\frac{1}{2}$ Fitq; longitudo partium.18. Latitudo autē a partibus.56. vſq; ad partes.46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. ita ut latitudo fiat partium.10 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Tertia a ꝑtibus.15. vſq; ad partes.29 $\frac{1}{2}$. Fitq; longitudo partium.14 $\frac{1}{2}$. Latitudo vero a partibus.42. vſq; ad partes.54. ita ut latitudo partium fiat.12.

Quarta a partibus.27 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes.46. Fitq; longitudo .18 $\frac{1}{2}$. Latitudo autem a partibus.46 $\frac{1}{3}$. vſq; ad partes.59 $\frac{1}{2}$. Fitq; latitudo partium.13 $\frac{1}{6}$.

Quinta a partibus.29 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes.47. Et fit longitudo partiū.17 $\frac{1}{2}$. Latitudo a partibus.41. vſq; ad.48. Fitq; latitudo partium.7.

Sexta a partibus.27 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes.43. Et fit longitudo partium.15 $\frac{1}{2}$. Latitudo a partibus.57 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. vſq; ad partes.45 $\frac{1}{4}$. Et fit latitudo partium.7 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Septima a partibus.29 ⅓.vſq; ad partes.40. Fitq; longitudo partiū.10 ⅔.Latitudo aūt a partibus.35 ½.vſq; ad partes.39 ½ ¼. Fitq; latitudo partium.4 ¼.

Octaua a partibus.42 ½.vſq; ad partes.72 ½ Et fit longitudo partium.30.Latitudo a partibus.46 ⅔.vſq; ad partes.63.Fitq; latitudo partium.16 ⅓.

Nona a partibus.42 ½.vſq; ad partes.57 ½. Et fit longitudo partium.15.Latitudo a partibus.40 ⅔.vſq; ad partes.48 ½. Fitq; latitudo partium.7 ½ ⅓.

Decima & vltima a partibus.44 ⅙.vſq; ad partes.55 ½ ⅓. Et fit longitudo partiū.11 ⅔. Latitudo a partibus.34.vſq; ad partes.42. Fitq; latitudo partium.8.

TA· LYBIAE

PRIMA a partibus.5 vſq; ad ptes.27 ½ ⅓. Et fit longitudo partium 22 ½ ⅓. Latitudo a partibus.26.vſq; ad partes 36.Fitq; latitudo partium.10.

Secunda a partibus.26 vſq; ad partes.47.Et fit longitudo ptiū.21. Latitudo a partibus.25. vſq; ad partes.34 ⅔. Fitq; latitudo partium.9 ⅔.

Tertia a partibus.46 ½ ¼.vſq; ad partes.65. Fitq; longitudo partiū.18 ¼.Latitudo vō a partibus.23.vſq; ad partes.32. Et fit latitudo partium.9.

Quarta & vltima a parte vna,vſq; ad partes 85. Et fit longitudo partiū.85. Latitudo ab ęquinoctiali Boream verſus partiū.26 ½.Ab ęquinoctiali aūt verſus auſtrū partiū.16 ⅓ 12 vel integrarū partium.17.ita vt ſi partes Boreales et auſtrales cōiungātur fiāt ptes.43 ½.

TABV· ASIAE

ASIAE prima continet a partibus.55.vſq; ad partes.72 ½ ¼.Et fit lōgitudo ptiū.17 ½ ¼. Latitudo a partib⁹.35. vſq; ad partes.44 ½ ¼ Et fit latitudo partiū 9 ½ ¼.

Secunda a partibus.64.aut per totam paludem Męotim a partibus.60.vſq; ad partes 87 ½.Et fit lōgitudo ptiū aut.25 ½.aut.27 ½ Latitudo a partibus.46 ⅔.vſq; ad ptes.63. Et fit latitudo partium.16 ⅓.

Tertia a ptibus.70 ½.vſq; ad partes.87 ½.Et fit longitudo partiū.17. Latitudo a partib⁹ 38.vſq; ad partes.47 ½. Fitq; latitudo partium.9 ½.

Quarta a partib⁹.63 ½.vſq; ad partes.80 ½. Fitq; longitudo partiū.17.Latitudo a partibus.28 ½.vſq; ad partes.38 ½.Et fit latitudo partium.10.

Quinta a partibus.75 ½.vſq; ad partes.101. Et fit longitudo partiū.25 ½. Latitudo aūt a partibus.29.vſq; ad partes.43 ⅓.Et fit latitudo partium.14 ⅓.

Sexta a partib⁹.65.vſq; ad partes.104.Fitq; longitudo partiū.39.Latitudo a partibus.9 vſq; ad partes.31.Et fit latitudo partiū.22.

Septima a partibus.85.aut per totum mare Hyrcanū,vſq; ad partes.145.Et fit longitudo partiū.65.aut.71.Latitudo a partibus.35. vſq; ad partes.63.Fitq; latitudo partiū.28.

Octaua a partibus.140. vſq; ad partes.180. Fitq; longitudo partium.40. Latitudo a partibus.35.vſq; ad partes.63.Et fit latitudo partium.28.

Nona a partib⁹.101.vſq; ad partes.119 ½.Et fit longitudo partium.18 ½.Latitudo a partib⁹.17.vſq; ad partes.39.Fitq; latitudo partium.22.

Decima a partibus.109.vſq; ad ptes.148 ½ Fitq; longitudo partium.39 ½. Latitudo a partibus.11,vſq; ad partes.39.Fitq; latitudo partium.28.

Vndecima a partibus.136.aut p fontes Diamonis fluminis,qui Gangi admiſcet.134 ½ vſq; ad partes.180.Et fit lōgitudo ptiū aut 44.aut.46 ½.Latitudo ab æquinoctiali ad Boreā partibus.37.Ab æquinoctiali vō ad auſtrum.8 ½, vel 9. Fitq; latitudo.45 ½. aut.46.

Duodecima & vltima a partibus.116. vſq; ad.135.Et fit longitudo partiū.19. Latitudo ab ęquinoctiali verſus ſeptētrionē partibus 12 ½,aut per Cory promontoriū,ita vt Taprobane appareat ad Indię ſitum partibus.13 ⅓. A meridię vero partib⁹.6 ½.ita vt ſi tota colligatur latitudo,fiat partium.19 ½ ⅓. aut integrarum.26.

EX CLAVDII PTOLEMAEI LIBRIS
Geographicis octo, totum orbē Agathus Dæmon Alexandrinus Mechanicus deliniauit.

Numerus et ordo parallelorũ.	Eleuationes polares parallelorum	Arcus diurnus longioris diei, in gradibus & minutis.	Arcus diurnus, in horis et minutijs &c.		Eleuationes polares parallelorum	Arcus diurnus longioris diei, in gradibus & minutis.	Arcus diurnus, in horis et minutijs &c.		Diſtinctio parallelorum horaria Ptolemei.
	gr̃ m̃	gr̃ m̃	ho m̃ z̃		gr̃ m̃	gr̃ m	ho m z̃		ho m
1	4 10	183 40	12 14 40		4 15	183 46	12 15 4		12 15
2	8 25	187 28	12 29 52		8 30	187 32	12 30 8		12 30
3	12 30	191 12	12 44 48		12 55	191 18	12 45 12		12 45
4	16 25	194 56	12 59 44		16 30	195 0	13 0 0		13 0
5	20 15	198 44	13 14 56		20 20	198 48	13 15 12		13 15
6	23 50	202 30	13 30 0						13 30.
7	27 10	206 12	13 44 48		27 15	205 18	13 45 12		13 45
8	30 20	209 58	13 59 52		30 25	210 4	14 0 16		14 0
9	33 15	213 58	14 14 32		33 20	213 46	14 15 4		14 15
10	36 0	217 26	14 29 44		36 5	217 32	14 30 8		14 30
11	38 35	221 14	14 44 56		38 40	221 20	14 45 20		14 45
12	40 55	224 56	14 59 44		41 0	225 10	15 0 40		15 0
13	43 0	228 40	15 14 40		43 5	228 48	15 15 12		15 15
14	45 0	232 26	15 29 44		45 5	232 36	15 30 24		15 30
15	48 30	239 52	15 59 28		48 35	240 2	16 0 8		16 0
16	51 30	247 24	16 29 26		51 35	247 38	16 30 32		16 30
17	54 0	254 54	16 59 26		54 5	255 10	17 0 40		17 0
18	56 10	262 26	17 29 44		56 15	262 44	17 30 56		17 30
19	58 0	269 58	17 59 52		58 5	270 20	18 1 20		18 0
20	60 55	285 10	19 0 40		61 0	285 40	19 2 40		19 0
21	62 55	299 32	19 58 8		63 0	300 14	20 0 56		20 0

Maxima Solis declinatio.23. 50.Ptolemei tempore.

CLARISSIMI AETATIS noſtræ Mathematici, Iohannis de Monte Regio, fragmenta quædam annotationũ, in errores quos Iacobus Angelus in tranſlatione Ptolemæi commiſit.

PAVLO poſt initium primi capitis, Ptolemæus, Geographiæ & Chorographiæ differentiam explicans, hæc uerba profert. οἷον λιμένας, καὶ κώμας, καὶ δήμους, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν πρώτων ποταμῶν ἐκτροπάς. interpres ita uertit.

,, Quemadmodũ inquit,
,, portus, uillas, uicos, fluuiorum ſciſſiones.

ἐκτροπὰς, ſcilicet, in ſciſſiones uertens. Quæ uim quidẽ præpoſitionis ἀπὸ, adiectiuiq; nominis πρώτων, non expreſſit, uitio exemplaris græci partim, imputari poteſt. quãq; illud in primis, perſpicere debet interpres idoneus, ut exemplar habeat quã emendatiſſimũ. Quod autẽ uocabulum ἐκτροπῆς, in ſciſſionem uertit, abſentaneum penitus eſſe atq; deridiculum oſtẽdemus, ſi prius altiuſcula quædam fiat repetitio Primos igitur fluuios, Ptolemæus appellat maiores, nobilioresq;, certum fluxus ſui tenorem longe cuſtodientes. Quales ſunt Nilus, Danubius, Rhodanus, Padus, & cæteri inſigniores. quorũ ſciſſiones & partitiones, author ſignificare ſolet per hæc uerba σχίζεσθαι. μερίζεσθαι. Secundarias autẽ particulareſq; fluuios, a primarijs diuerti, ſiue abduci autumat Ptolemæus, idq; per uerbum ἐκτρέπεσθαι denotare conſueuit. ſicut apparet in quarto uolumine operis Geographici, ubi Nilum deſcripturus dicit. μέγα δέλτα καλεῖται καθ᾽ ὃ ἐκτρέπεται ὁ μὲν ποταμὸς καλούμενος ἀγαθὸς δαίμων. καὶ ῥέων διὰ τοῦ ἡρακλεωτικοῦ στόματος, εἰς τὸν
,, καλούμενον βουβαστικόν. Hic interpres, Magnũ
,, inquit, delta uocatur, iuxta quod ſcinditur
,, fluuius dictus Agathos dæmon, hoc eſt bo
,, nus genius, qui per oſtium Heracleoticum
,, defluit in amnem appellatum Bubaſticum,

Nilus quippe in duo fluenta præcipue diuiditur, ad uerticem ipſum magni delta, quorum alterum quidem occiduum apud Græcos dicitur ἀγαθὸς δαίμων, alterum autẽ orientale appelletur Bubaſticum. ea ſunt tanquam latera magni delta, quorum diuertigio, non ſciſſione, delta ipſum continetur. Danubio quoq; multas interpres adſcribit ſciſſiones, præter mentem authoris. Quod ut manifeſtius fiat, uerba Ptolemæi prius uideantur quibus in definienda Germania utitur τὴν δὲ μεσημβρινὴν πλευρὰν ὁρίζει τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ τὸ δυσμικὸν μέρος. ὃ θέσιν ἔχει τοιαύτην. ἡ κεφαλὴ τοῦ ποταμοῦ Δανουβίου. ἡ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τοῦ εἰς τὴν γερμανίαν ποταμοῦ πρώτου. ἡ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τοῦ πρὸς μεσημβρίαν φερομένου ποταμοῦ, ὃς καλεῖται αἶνος. ἡ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τοῦ πρὸς τὰς ἄρκτους φερομένου δευτέρου ποταμοῦ, ὡς ἐπὶ τὴν γαβρήταν ὕλην. ἡ κατὰ τὴν ἑξῆς ἐκτροπὴν τοῦ παρὰ τὴν λοῦναν ὕλην πρὸς ἄρκτους ῥέοντος ποταμοῦ. ἡ ἐφεξῆς ἐπιστροφὴ ἀφ᾽ ἧς πρὸς μεσημβρίαν ἐπιστρέφει. ἡ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τοῦ πρὸς μεσημβρίαν ῥέοντος ποταμοῦ, ὃς καλεῖται ναραβών. Interpres hæc habet, prætermiſſis utrobiq; numeris ad propoſitũ nihil facientibus Meridia-

,, num autẽ latus terminatur a parte occiden-
,, tali Danubij fluuij ſic. Danubij caput. pars
,, fluuij quæ ad Germaniam prima ſcinditur.
,, Sciſſio fluuij ſecunda ubi ad meridiem uer-
,, gitur & appellatur Aenus. Sciſſio ſecundæ
,, partis fluuij ubi ad ſeptentrionem uergitur
,, uerſus Goratam ſyluam. Quod in ſequenti
,, ſciſſione apud Lunam ſyluam ad ſeptentri-
,, onẽ uergit flexus qui deinde ſequit̃ a quo
,, ad meridiem fluit. Quod in ſciſſione ad me-

ridiem fluit & appellat̃ Narbon. Tot ille ſciſſiones Danubij cõmemorat. quarum nulla cuiq; apparet ſcrutanti totum fluminis alueum. uſq; ad fluuium Narabonem Pannoniæ ſuperioris terminũ orientalem. Verum author ipſe Ptolemæus non ſciſſiones intelligi uoluit, ſed diuertigia minorum fluminũ, ubi ſcilicet ea Danubio miſcentur, tenoremq; fluxus ſui amittunt. Amnis namq; Aenus ex alpium montibus prorumpẽs, Danubio infunditur iuxta oppidum quod noſtrates hodie uocãt Patauiam. ubi nec Danubius neq; Aenus ipſe ſcindit̃, utroq; inter colles cohercito. Interpres autem Danubij ſciſſionem quã ad meridiem uergere autumat, Aenum uocat. quaſi uero Aenus ſit ramus (ut ita dicam) Danubij ad meridiem profluens. uidere eſt præterea interpretis huius inconſtantiam, qui hoc quidem loco ſciſſionẽ Danubio adſcribit, in determinatione autẽ Rhetiæ & uindelitiæ eandem, fluuio Aeno tribuit. Sed eſto ſit illic ſciſſio ut ipſe interpretatur, non uideo cur ſecunda dici debeat. Ptolemæo etiã hanc ordinis ſignificationem non exprimente. ex ſuo igitur iterpres capite hoc adiecit. hinc fortaſſe impulſus, quod mox ante expoſuit partem fluuij quæ ad Germaniã prima ſcinditur. Quũ enim eam fluuij ſciſſionem primã dixerit, hanc ſecundam ordine poſcente coactus eſt appellare. ſic error alius alium peperit, quippe repetitis Ptolemæi uerbis ἡ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τοῦ πρὸς τὰς ἄρκτους φερομένου δευτέρου ποταμοῦ. ubi ſecunda fluminis fit mentio, illic interpreti non licebat dicere, ſciſſio fluuij ſecunda ubi ad ſeptentrionẽ uergit. quoniã ſecũdæ fluminis ſciſſioni datus

,, eſt locus apud Aenũ. Iccirco ſic uertit. Sciſ-
,, ſio ſecundæ partis fluuij ubi ad ſeptentrio-

nem uergit. totius ſcilicet fluminis ſciſſionem, falſo ad partem transferens. quũ nec totus Danubius in eo loco ſcindatur, neq; pars ſua collibus utrinq; fluuio imminẽtibus, neq; Ptolemæus ullam partis mentionẽ faciat. Non uidit ho-

mo ille, quid primũ, quidue ſecundum author
dixerit, hoc forſitan obſtante, ꝙ duabus ordi-
nis ſignificationibus amnẽ Aenum Ptolemæ-
us interiecit. itaq; uacillantẽ turbauit Interpre-
tem ſciſſionis uocabulũ, adeo ut ne ſe ipm qui-
dem intellexiſſe uideatur. Quo etiã uitio in Pa
do amne laborauit, cui nõnullas falſo adſcribit
ſciſſiones. ſed hactenus de inuerſione uocabu-
li τῆς ἐκτροπῆς. quæ ſi paulo prolixiora aut præ-
ter ordinem debitũ cuipiam uident̃ eſſe hic at-
texta, is ſciat, hoc unico ſciſſionis uocabulo,
duos excellenti ingenio uiros in tantũ eſſe ue-
xatos, ut quũ de elegantia traductoris latine lo
quentis haud ambigerent, non ſolum Danubij
ignoratione Ptolemæo propemodum imputa
uerint, ſed etiam cunctorũ fluminũ, quæ huiuſ
cemodi notantur ſciſſionibus. Quod & ſi in ijs
quæ ab Alexandria authoris domicilio longi-
us abſunt, non omnino uenia indignum eſt, ne
mine unquã mortali omnia ſciente. Nili tamen
fluenta, ſi negligentius ab accola ſuo deſcribe-
rentur, abſurdum utiq; ac prope inexcuſabile
foret. Viros duxi. quorum alter quidem Geor
gius Purbachius, præceptor meus omniũ æta-
te noſtra mathematicorum clariſſimus, Danu-
bium ſuum luſtrans, nullam a fonte uſque ad
Pannonias ſciſſionem memoratu dignam rep-
perit. Alter autem Franciſcus Mantuanus, Pa-
dum ſibi notiſſimum Italiæ amnem aſſueta-
uit, non prius ſcindi quam Ferrariam prope al
luat. Et quanquam uterq; tam ingenio facili ad
excogitandum, quã manu exercitata ad deſcri-
bendum, apprime ualuit, picturis eorum geo-
graphicis quæ adhuc extant atteſtantibus, neu-
tri tamen interpretis nebulas diſcutere conceſ-
ſum fuit. Quæ res mihi utriuſq; auditori noui-
cio, animũ tum primum uehementer incendit,
ad literas græcas, quoad fieri poſſet attingen-
das, quum propter cæteras mathematicas artes,
tum uel maxime ob geographicam traditio-
nem, quo æquius iudicare poſſem, utri tantum
crimen impingi deberet, authori ne tam claro,
an Interpreti ſuo. Verum quũ ad iudicandum
poſt diuturnũ etiam ſtudium uix mediocriter
ſufficiam, tenuitatẽ enim propriã fateri non pu
det, iudicationem alijs acumine ingenij ac equi
tatẽ animi pollentibus relinquam. cætera dein-
ceps Iacobi interpretamenta ordine percurſu-
rus. Paulo itaq; inferius authoris hæc uerba le-
guntur in præſenti primo capite. οἷον κόλπων ἢ
πόλεων μεγάλων ἐθνῶν τε καὶ ποταμῶν τῶν ἀξιολογω-
,, τέρων. Interpres. ueluti inquit, circa maiora
,, oppida. magnas ciuitates. montes etiã fluui-
osque inſigniores. Scilicet ἀντὶ τῶν κόλπων po-
ſuit maiora oppida incuriam ſuam in re peruul
gari prodens. Sequitur authoris dictio. ἔχει δὲ
τὸ μὲν χωρογραφικὸν τέλος τῆς ἐπὶ μέρους προσβολῆς.
ὡς ἂν εἴ τις οὖς μόνον ἢ ὀφθαλμὸν μιμοῖτο, τὸ δὲ γεωγρα-
φικὸν, τῆς καθόλου θεωρίας κατὰ τὸ ἀνάλογον τοῖς ὅλην
,, τὴν κεφαλὴν ὑπογραφομένοις. Interpres ita uer
,, tit. Finis Chorographicę eſt partẽ totius ſi-
,, gillatim animaduertere. ut ſi quis aurẽ tan-
,, tum aut oculum pingat. Coſmographiæ ue
,, ro totum inſpicere iuxta proportionem, ut
,, ſi integrum quis caput deſignaret. Pro gene
re μιμοῖτο ſpeciem pingat abſq; ulla neceſſitate
poſuit. & τὸ κατὰ τὸ ἀνάλογον prioribus conſtru-
xiſſe uidetur, quum ad poſteriora ſpectet. non
enim proportionem in toto obſeruandam eſſe
Ptolemæus inſinuat, ſed totius conſideratio-
nem proportionaliter aut ſimiliter fieri, ijs qui
integrum deſcribunt caput. Poſtea immedia-
te Ptolemæi uerba πάσαις γὰρ ταῖς ὑποτιθεμέναις
εἰκόσι τῶν πρώτων ἀναγκαίως καὶ προηγουμένως ἐφαρ-
μοζομένων καὶ ἔπειτα τῶν δεξομένων τὰς γραφὰς συμ-
μέτρων ὀφειλόντων εἶναι ταῖς ἐξ ἀποχῆς αὐτάρκους τῶν
ὄψεων διαστάσεσιν ἐάν τε τέλειον ᾖ τὸ γραφόμενον, ἐάν
τ' ἐπὶ μέρους ἵνα ἅπαν αἰσθητῶς περιλαμβάνηται πα-
ρηκολούθησεν εὐλόγως ἅμα καὶ χρησίμως, τῇ μὲν χω
ρογραφίᾳ συναποδιδόναι καὶ τὰ μικρομερέστερα τῶν ἰδι-
ωμάτων, τῇ δὲ γεωγραφίᾳ τὰς χώρας αὐτὰς, μετὰ
τῶν καθόλου περικειμένων. Iacobus ita uertit. In-
,, tegris enim imaginibus quum oporteat po-
,, tiora membra primum adhiberi. deinde ea
,, quæ imagines picturasq; ſuſcipiunt, ita æ-
,, qua dimenſione inter ſeſe locari, ut ex iuſta
,, diſtantia uiſu poſſint diſcerni, an totum ſeu
,, pars ſint illius quod pingitur, ſequitur non
,, indigne nec præter rem Corographiæ quæ
,, cunq; etiam minima, Coſmographiæ uero
,, regiones ipſas cum ijs quæ generalius ſibi
annectuntur proprium eſſe tribui. Hæc ille.
Mihi autem longe alia mens authoris fuiſſe ui-
detur, hiſq; uerbis latinis propemodum enun-
cianda, quanquã in præſentia non ĩterpretari,
ſed errata Interpretis indicare pergimus. Nam
quum omnibus quæ ſupponũtur imaginibus,
præcipue partes neceſſario atq; in primis ada-
ptentur. ac demũ quæ picturas ſuſcepturæ ſunt
ſufficienti oculorũ diſtantia ita congruere de-
beant, ſiue totum ſit quod pingitur ſiue parti-
culare aliquid. ut quicquid id eſt ſenſibiliter cõ
prehendatur, commode ſimul & rationabiliter
ſecutum eſt, ut corographia quidem minutio-
res quaſdam proprietates. geographia autẽ re-
giones ipſas, quæque uniuerſalius eis adiacent.
conſignaret. Hanc conuerſionẽ noſtram hic in
ſerere, & ex traductione a nobis facta tranſcri-
bere libuit, quo facilius ac breuius Iacobi Ange
li percipiatur erratio. Nam ſi integræ ut ipſe di
cit ſunt picturæ ne minima quidẽ membra ad-
hiberi oportet. Deinde ea inquit quę imagines
picturasq; ſuſcipiunt. Neſcio unde has imagi-
nes, ne dicam laruas tranſtulerit Interpres, ſi nõ
ſomnians totum ferme locum inuertit. Namq;
mẽbra quæ ipſe memorat non inter ſeſe locari
æqua dimenſione, ſed ad uiſum conuenienti in
tercapedine ſiſti oportere Ptolemæus inſinuat,

non quidem ut uiſu diſcernatur, ſint ne totũ an pars illius quod pingitur. quis enim tanta eſt dementia ut partem a toto differre neſciat? Hic paulo diutius immorandũ cenſui, quo pulchra hæc geographici ac chorographici muneris, ad picturã comparatio, per traductorem obtrita, parumper explicaretur. Neq; mox ſequentem, atq; cohęrentem authoris literam, minus bene uerſam præterirem, ſi non ad aliã geographiæ & chorographiæ differẽtiam, quæ penes ſubiectum accipitur properandũ eſſet. eam differentiam Ptolemæus his exponit uerbis. καταγίνεται δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἡ μὲν χωρογραφία περὶ τὸ ποιὸν μᾶλλον ἢ τὸ πόσον τῶν καταταασομένων. τῆς γὰρ ποιότητος πεφρόντικε πανταχοῦ, καὶ οὐχ οὕτως τοῦ συμμέτρου τῶν θέσεων. ἡ δὲ γεωγραφία περὶ τὸ ποσὸν μᾶλλον ἢ τὸ ποιόν. ἐπειδήπερ τῆς μὲν ἀναλογίας τῶν διαστάσεων ἐν πᾶσι ποιεῖται πρόνοιαν. τῆς δὲ ὁμοιότητος μέχρι τῶν μεγαλομερεστέρων περιγραφῶν, καὶ κατ᾽ αὐτὸ τὸ σχῆμα μόνον.
,, Interpres. Verſatur autem inquit, chorogra
,, phia, quã maxime circa quale magis quã cir
,, ca quantum, eorum quæ deſcribuntur. circa
,, enim pingendi ſimilitudinẽ omnino uerti-
,, tur. cura ſituũ proportionũq; dimiſſa. Coſ-
,, mographia uero magis ad quantitatem quã
,, ad qualitatẽ intendit. nam de proportione di
,, ſtantiarũ animaduertit in omnibus. de pin-
,, gendi uero proprietate nonniſi ſolũ in ima-
,, ginibus maiorũ deſcriptionum. uocabulũ pingendi, de ſuo appoſuit Interpres, quum author circumſpectiſſimus non picturã ſed ſimilitudinẽ ſignificauerit, animaduertens chorographi munus, abſq; pictura etiam abſolui. niſi quis uelit pictores etiã appellare oẽs eos artifices qui imagines in planicie qualibet efficiunt, ſiue ſint phrygiones acu & filo utẽtes, ſiue ſint fabri lignarij multicoloribus ligniculis quicqd uolunt imitantes, ſiue qui ex lapillis aut uitriculis multifariã coloratis, emblemata uermiculata & teſſelata conficiunt, miraſq; & minutiſſimas repræſentãt imagines, ſiue alij quicũq; imitatores penicillo aut alio inſtrumẽto pictorio nõ utentes. Quod utiq; perpendiſſe Ptolemæũ crediderim mox ſubiungẽtẽ. ὅθεν ἐκείνη μὲν δεῖ τῇ τοπογραφίας ἐστὶ οὐδὲ εἷς ἂν χωρογραφήσειε μὴ γραφικὸς ἀνήρ. ubi genus ponit non ſpecies τοπογραφία non γραφὴ item γραφικὸς ἀνήρ, non γραφεύς. Quippe topographiã exercere poſſunt nõ ſolũ pictores, ſed & alij artifices, quos pauloante diximus. illi enim & ſi pictores non ſint, pictorũ tamen ſimiles uidẽt, atq; idcirco pictorios uiros haud abſurde eos nuncupabimus. Pro his deniq; Ptolemæi uerbis καὶ κατ᾽ αὐτὸ τὸ σχῆμα μόνον. Interpres latine nihil reddidit. ubi Ptolemęus quidẽ ſignificat, geographum ſeruare ſimilitudinẽ tantummodo in ipſa figuratione, hoc eſt meridianorũ & parallelorũ conſcriptiõe. Hoc quoq; inuerſum eſt, ꝙ chorographia curam ſituũ nõ habet. Quonã enim modo locum propoſitũ diuerſis conſtantẽ partibus, certoq; ſitu diſpoſitis conformiter quiſpiã repræſentabit, ſitu partiũ neglecto? Nam ſi chorographicũ opus diſſoluatur, partibus uidelicet longe diſiectis ac temere permixtis, nemini per confuſam huiuſcemodi imaginẽ locus ipſe uerus rẽpſentabit. ergo cura ſituũ, ut ille ait, dimiſſa, chorographus ludet operã, non aliter ꝙ ſi neruis hũani corporis per eũtibus, mẽbra ipſa nouos ac fortuitos ſitus ſuſcipiant, hoĩsq; ſpecies penitus euaneſcat. Deinde author infert chorographiã mathematica inſtitutione non egere, geographiæ autẽ illam eſſe præcipuã partẽ. uerba Ptolemæi hæc ſunt. προεκσκέφθαι γὰρ δεῖ καὶ τῆς ὅλης γῆς, τό τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος ἔτι τε τὴν πρὸς τὸ περιέχον θέσιν ἵνα ἐστὶ τὸ κατειλημμένον αὐτῆς μέρος ὡς ἔνι εἰπεῖν; καὶ πόσον ἐστὶ ἐστὶ ποῖον. καὶ ἔτι τῶν ἐν τούτῳ τόπων ἑκάστους ὑπὸ τίνας εἰ
,, σὶ τῆς οὐρανίου σφαίρας παραλλήλους. Interpres. Con
,, templari eñ inquit, in hac oportet totius or-
,, bis magnitudinẽ & formã, præterea ſitus ad
,, totũ orbem, ut fas ſit partem conceptã, qua-
,, lis & quãta ſit dicere, & ſub quibus cœleſtis
,, ſphęræ parallelis locetur. Mirari profecto licet uel audentiã Interpretis, ſi mentẽ Ptolemæi percipere nequiuit, per defectũ græcæ literaturæ, uel incuriã aut ſomniculoſum traducẽdi conatũ. Nam ſi appellatione totius orbis, intelligi uoluit totã terram, ſicuti Ptolemæus dixit, ὅλης τῆς γῆς oſtendat quæſo uir iſte bonus, quomodo huiuſcemodi totius orbis ſitus ad eundẽ totum orbẽ ſit componendus. ſi uero quod pleni us Ptolemaicã exprimit ſententiã, illic quidẽ totius orbis terreni ſignificationẽ accipi uoluit, hic aũt totum orbẽ cœleſtem denotauit, propriam fateaẽ neceſſe eſt infantiã atq; cæcitatem, authore ipſo tam clare & ſignificanter diuerſis rebus diuerſa uocabula accõmodante. dicit enim τῆς ὅλης γῆς πρὸς τὸ περιέχον θέσιν. id eſt totius terræ ſitũ ad cœlum. Porro quũ ex mathematicis traditionibus, Ptolemæo referente, duo præcipue geographus addiſcat, proportionẽ uidelicet habitabilis ad totũ orbem terrenũ, & eiuſdem itẽ habitabilis ſingularia loca, ad quosnã cœleſtis ſphæræ parallelos ſpectent, utrũq; horũ Interpres ad partẽ orbis terreni, mortalibus cognitã inepte refert. Quicunq; eñ nouerit duos extremos cœli parallelos, quib. latitudo habitabilis cohercet, is utiq; ĩter medios quoq; coniũctim acceptos haud ignorabit. Itaq; ſciet ſub quibus cœleſtis ſphæræ parallelis iaceat habitabilis terra, non tñ ea quæ ſingulis accidant habitationibus ĩtelligit. puta magnitudines dierũ ac noctium, & cætera id genus accidentia, quorũ gratiã reſpectus particulariũ locorũ ad parallelos cœleſtes inquirunẽ. Poſtremo huius primi capitis loco, quaſi dedita opera, ſuã Interpres temeritatem prodit, ex uerbis Ptolemæi contrariam trahens ſniam. Ptolemęus eñ oſtenſurus excellentiã profeſſionis mathematicæ hæc profert. ἃ τῆς

ἀνωτάτω καὶ καλλίστης ἐστὶ θεωρίας, ἐπιδεικνύουσα διὰ τῶν μαθη
μάτων ταῖς ἀνθρωπίναις καταλήψεσι, τὸν μὲν οὐρανὸν αὐτὸν
ὡς ἔχει φύσεως, ὅτι δύναται φαίνεσθαι περιπολῶν ἡμᾶς
τὴν δὲ γῆν, διὰ τῆς εἰκόνος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν καὶ μεγί=
στην οὖσαν καὶ μὴ περιέχουσαν ἡμᾶς οὔτε ἀθρόαν, οὔτε κατα
μέρος, ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐφοδευθῆναι δυνατόν. Interpres
,, ſic uertit. Quæ humanis ingenijs mathema
,, tico iure demonſtrari altiſſimū atq; pulcher
,, mum eſt, ut cœlū .ſ. ipſum natura ſe habeat,
,, quū ueluti ambiens nos oñdi poſſit. ut terrā
,, ipſam p imaginē intueri ualeamus quæ quū
,, certa et maxima ſit, neq; tota uel pars nos cir
,, cumambiat, ab eiſdē quibus cœlū peragrari
poteſt. Duplicem Ptolemæus fructū aut finem
mathematicarū proponit, cœlum uidelicet co=
gnoſcere & terrā, cœlum quidem per ſeipſum,
qm̄ circa nos exiſtens, uertigine ſua ſpectandū
ſeſe præbet, terram aūt nō niſi per imaginē, qm̄
certa ipſa et ꝙ maxima exiſtens, neq; tota ſimul
neq; particulatim ab iiſdē hoibus peragrari po
teſt. At Interpres huius cōtrariū infert, terrā .ſ.
ab eiſdē quibus cœlū peragrari poſſe. Reliqua
aūt huius literæ interpretatio quomodo Ptole
maicæ dictioni reſpōdeat, alij facile iudicabūt.
non equidem oēs euellere ſtatui ſcrupulos, ſed
digniores notatu locos indicare. Verum circa
prooemium paulo diutius immorari libuit, ut
diligentia Interpretis, quæ maxime illic appare
re debuit, ante oculos ponetur.

II. Nunc ad ſequens caput tranſire tēpus ad
,, monet, in cuius quaſi fronte Iacobus hæc ꝑ=
,, fert. Quū autē in præſentiarꝝ propoſitū ſit,
,, habitabilē noſtri orbis deſcribere, ꝙ maxīe
fieri poſſit intra ſe æqualē. Neſcio quā coæqua
litatē internā habitabilis nr̄æ autumat. quaſi ue
ro habitabilis noſtra ſibijpi æqualis coæqualis
eſſe inſinuet. Ptolemæus aūt deſcriptionis cum
ueritate congruentiā innuit his uerbis. προκειμέ=
νου δὲ ἐν τῷ παρόντι καταγράψαι τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένην
σύμμετρον ὡς ἔνι μάλιστα τῇ καθ᾽ ἀλήθειαν. Deinde au=
thor affirmat, primordia geographici muneris,
trahi, ex hiſtoria peragrationū, quam reliquerūt
ſciti particulariū locoꝝ luſtratores. quorū con
ſiderationē atq; traditionē bipartito diſtinguit
in geometricā & meteoroſcopicā .i. ſupernorū
inſpectionē. Authoris hæc ſunt uerba. καὶ ὅτι τῆς
ἐπισκέψεως καὶ παραδόσεως, τὸ μὲν ἐστὶ γεωμετρικὸν τὸ δὲ
,, μετεωροσκοπικόν. Interpres. Quodque, inquit,
,, huiuſce aīaduerſionis atq; traditiōis ad geo
,, metriā hoc, illud ad obſeruationē fixarꝝ per
tinet. Fixarū obſeruationem pro generali cœle
ſtiū conſideratione poſuit. cur quæſo nō dixit
illud ad obſeruationē ſolis? quū his uerbis ge=
neralē meteoroſcopij ſignificationē licentius
cōtraxiſſet, ſi quidē obſeruatio ſolis certa faci=
lisq; exiſtens, multo maxīe huic conducit nego
tio. Similē paulo poſt admittit errorē. Quod ad
,, ſuperiora inquit referū eorūdem locoꝝ po=
,, ſitiones per fixas docet cum Aſtrolabicis ad
,, captandas umbras inuētis. Ptolemæus hæc
habet μετεωροσκοπικὸν δέ, τὸ διὰ τῶν φαινομένων ἀπὸ τῶν
ἀστραλάβων καὶ σκιοτήρων ὀργάνων. per apparentia
dicit ex Inſtrumētis, quibus ſtellæ umbræq; ob
ſeruantur. Sed iſte pro apparentibus fixas ſug=
geſſit proq; duplicibus inſtrumētis aſtrarijs ut
ita dicam, & umbrarijs altera tantūmodo cōme
minit. Geometriæ demū quam ſciens ſit Inter=
pres uel hinc cognoſci poteſt, ꝙ Ptolemæi ſen=
tētias geometricas exprimere nequit, quas qui=
dem his uerbis author ipſe pronūciat. προσλαμ=
βανομένου γὰρ ἐκ τῶν μαθημάτων τοῦ καὶ τὴν συνημμένην τῆς
γῆς καὶ τοῦ ὕδατος ἐπιφάνειαν, ὡς καθ᾽ ὅλα μέρη σφαιροειδῆ
τε εἶναι καὶ περὶ αὐτὸ τὸ κέντρον τῆς σφαίρας τῶν οὐρανίων,
ὥστε τῶν διὰ τοῦ κέντρου ἐκβαλλομένων ἐπιπέδων ἕκαστον
τὰς κοινὰς τομὰς ἑαυτοῦ καὶ τῶν εἰρημένων ἐπιφανειῶν
ποιεῖν μεγίστους ἐν αὐταῖς κύκλους, καὶ τὰς συνισταμένας
ἐν αὐτῷ πρὸς τῷ κέντρῳ γωνίας ὁμοίας ἀπολαμβάνειν
,, τῶν κύκλων περιφερείας. Interpres conceſſum ēm
,, inquit quū ſit ex mathematicis demonſtrati
,, onibus totius terræ & aquæ ſuperficiem ad
,, totum ſphæricam eſſe, & idem cētrum cum
,, ſphæra cœleſtium ſimul habere, & ꝙ plana
,, quælibet quæ per centrū emittuntur in com
,, munibus ſui & ipſarum cœli terræq; ſuper
,, ficierum ſectionibus maximos circulos fa=
,, ciunt. quodq; eorundem planorum anguli
,, qui circa centrum ſunt circumferentias cir=
,, culorum ipſorum interceptas eiuſdem uni=
,, us rationis efficiunt. Ptolemæus ut alia mi=
nuta prætercam, non in ipſis ſectionibus com=
munib. fieri circulos autumat, quaſi aliud ſint
ſectiones & aliud ipſi circuli, ſed ipſas met ſecti
ones fieri circulos dicit. Rurſus non de angulis
ipſorum planorum loquitur. illi enim nequa=
quam intercipiunt circumferentias circulorū,
qui fiunt in ſectionibus planorum talium ac
ſuperficierum ſphæricarum, quoniam toti cir=
culi facti, in ipſis planis conſtituuntur, ne mini=
ma quidem eorum parte inter circulos ipſos in
tercedente. Sed author denotauit angulos, qui
binis lineis rectis a centro exeuntibus, ad am=
bas ſuperficies ſphericas in ſingulis planis con
cluduntur. illi enim anguli ſimiles in utriſq; cir
culis portiones intercipiunt. quemadmodum
ex geometricis elicitur elementis. Multa dein=
de paſſim occurrunt Interpretis errata, tam in
dictione, quā in ſententia, quæ a Lectore quo=
libet facile iudicari poſſunt. quale eſt illud.
,, Nam cœleſtis inquit circumferentiæ ratio
,, in propria totius terræ circulatione capta=
tur. Ptolemæus. ἐπειδήπερ ταύτης μὲν ἐνδέχεται
λαμβάνειν τὸν πρὸς τὴν οἰκείαν περίμετρον λόγον. Il=
lius quidem cœleſtis circumferentiæ rationem
deprehendi poſſe ſignificat ad proprium ambi
tum, cuius ſcilicet ipſa pars eſt non ad totius ter
ræ circulationem ſicuti Interpres autumat.

III. In capite tertio pro nomine Meteoroſco
pij ponit organum quod ad obſeruationē um=

brarũ conſtruitur ſpeciem utiq; ac ſtructuram illius inſtrumẽti prorſus ignorans, nam quũ inſtrumenrum illud componatur ex armillis magnis, non umbra per ipſum, ſed arcus circulorũ magnorũ qui in ſphæra cœleſti intelligunẽ, deprehendi ſolent. Rurſus author enumerans uſus inſtrumẽti prædicti hæc profert uerba πάσῃ δὲ ὥρα τὴν τε μεσημβρινὴν θέσιν, καὶ τὰς τῆς διανύσεως πρὸς αὐτὴν σχέσις. Duplex ſiquidem his uerbis inſtrumenti utilitas exprimitur uidelicet quemadmodũ inueniatur ſitus lineæ meridianæ & diſtantiæ locorũ ad eandem lineam meridianã habitudo. At Interpres duo in unum confundit.

,, Omniq; inquit hora meridionalem ſitum
,, habemus diſtantiæ datæ, huiusq; dimenſio-

nem. Quod deniq; huius ſcilicet diſtantiæ datæ dimenſionem per hoc inſtrumentũ habeamus falſum eſt ac præter dictionẽ Ptolemæi attexitur, nam dimenſio talis diſtantiæ ex peragratione primum deprehenditur per ſtadia, aut quas uolueris alias menſuras uſitatas.

IX. Iam uero præteritis paſſim multis locis inepte tranſlatis morari longius in tractu hiſtorico ſuperuacuũ eſt, quum pleriq; omnes, utriusq; tenorem dictionis diligẽter inſpecturi, facile traductoris conatum iudicare queant. Idcirco nonnullis adhuc ſtrictim percuſſis, uidebimus quantam in mathematicis uir iſte bonus peritiam habuerit. Eum autem locum noni capitis ſilentio præterire non libet ubi Ptolemæus hæc habct, εὐμεταβόλων ὡς εἰκὸς ὄντων τῶν ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν πνευμάτων διὰ τὸ καὶ τὰς κατ' αὐτὸν ἐπὶ τὰ πλάγια τοῦ ἡλίου προόδους ὀξυτέρας συνίστασθαι. In-

,, terpres. Nam facile inquit ut decet ſub æqui
,, noctiali uariantur uenti, præterca acceſſus
,, iuxta æquinoctialem ex utraq; Solis parte
,, pernitiores ſunt.

Cauſſam Ptolemæus quidem celeris uentorum mutationis continua dictione ſignificat, iſte autem ſententiam authoris intercidit, uentos ſcilicet facile ſub æquinoctiali uariare, & præterea neſcio quos acceſſus iuxta æquinoctialem ex utraque Solis parte pernitiores eſſe dicit, quum author nihil de utraq; Solis parte, ſed obliquos Solis tranſitus ex utraque parte æquinoctialis celeriores fieri commemorat. In eodem capite Ptolemæus τοὐναντίον δ' ἀκόλουθον ἦν· τῷ μὲν δυνατῷ τῆς ἡμερησίας διανύσεως πιστεύειν, τῷ τεταγμένῳ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἰσότητα καὶ κατὰ τὴν θέσιν, ἀπιστεῖν. ὡς μὴ διὰ τούτων ἐνδέχεσθαι λαβεῖν τὴν ἐπιζητουμένην διάστασιν. ἢ μόνον ὅτι μείζων ἂν γένοιτο τῆς ὑπὸ τὸν ἰσημερινόν, ἀλλ' ἀπό τινος τῶν ἐναργεστέρων φαινομένων. τὸ δὲ τοιοῦτον ὑπῆρξε μὲν ἂν καὶ παντάπασιν ἀκριβῶς εἰ μαθηματικώτερόν τις ἐπισκεψάμενος ἐτύγχανε τὰ συμβεβηκό-

,, τα ταῖς χώραις ἐκείναις. Interpres agendum
,, autem inquit, contra fuit. Nam diurnæ qui-
,, dem peragrationi eidemque poſſibili facile
,, fuit credendum. Aequalitati uero itinerum
,, ſeu nauigationum, aut quod per lineam re-
,, ctam omnino itum fuerit, aſſentiri minime
,, decuit, quum ex his diſtantia quæſita non
,, poſſet haberi. ſed nouiſſe fas fuit, ꝙ eadem
,, latitudo ultra æquinoctialem protenderet.
,, Sed hoc ipſum ex certiori modo obſeruati-
,, one, ſcilicet quorundam ſuperiorũ cogno-
,, ſcere erat æquius. Quod continuo diligen-
,, tiſſime exploraſſet quis ſi ex mathematicis
,, conſiderauiſſet plane quæ in illis regionib.

accidunt. Præteribo libenter minutias quæ a grammatico quouis animaduerti poſſunt, & ſi ſententiæ etiam Ptolomaicæ non plene ſatiſfaciant. Quod autem ut uerba ſonant Interpretis æqualitati itinerũ, aut quod per lineam rectam oĩno itum fuerit aſſentiri minime decuit, quoniam ex his diſtantia quæſita non poteſt haberi, hoc certe menti authoris dupliciter aduerſatur. Nam diurnæ peragratiõis ſpacio tanquã poſſibili & uero ſuppoſito, itẽq; æqualitate itinerũ, & ꝙ per lineam rectã itum fuerit cõceſſis, mox quæſita eliciẽ diſtantia, ſi prius numerũ etiam totius peragrationis teneamus. Eo eñ numero per ſtadia diurnæ peragrationis multiplicato, conflabitur ſtadiorũ multitudo quæ in tota diſtantia continet. Cuius contrariũ Interpres aſſerit. ſ. ꝙ ex his diſtantia quæſita non poſſit haberi. Præterea id quod author tanq; conſequẽs infert, ille quaſi cauſſam antecedentẽ ſtatuit Ptolemæus nẽpe dicit æqualitati quidẽ diurnæ peragratiõis credi potuiſſe, teneri aũt perpetuo tam in æqualitate quã in ſitu aſſentiri non licuiſſe, atq; idcirco per hæc diſtantiã quæſitam percipi non potuiſſe. Interpretis aũt uerba cauſſam uidenẽ afferre, cur peragrationi diurnæ fuerit credendũ, æqualitati itinerũ & rectitudini non credendũ. Deinde authoris mentẽ particulariori quadã ſubtilitate expſſurus, uir iſte bonus, eo prouehitur dementię, ut idẽ bis absq; ullo dicat interuallo. Nam quid quæſo aliud in præſentia eſt, ex mathematicis conſiderare accidẽtia regionum q; ex obſeruatione ſuperiorũ ea ipſa intelligere? niſi plus eſſe dicas ex mathematicis cõſiderare quã ex ſuperiorũ obſeruationibus intelligere. At illud multo eſt inſulſius, particulare quidpiã. ſ. ſuperiorꝝ obſeruationẽ, per generalius, puta mathematicã inſpectionẽ explanare. Non ſic nugaẽ Ptolemæus argutiſſimus, dicens. ἀλλ' ἀπό τινος τῶν ἐναργεστέρων φαινομένων, hoc eſt ex aliquo manifeſtius apparentiũ, quæ duplici utiq; differẽtia inueniunẽ, ſunt eñ terrena alia, alia cœleſtia. Hæc quidẽ ut gñatim dicamus ſunt trãſitus fixarꝝ per uertices habitantiũ, perpetuaq; earũ ſublimitas aut depreſſio, umbræ gnomonũ, quæ ex ſupnis etiã pendent, & cætera id genus accidẽtia. Terrena aũt ſunt, ut ſimilium in diuerſis locis animantiũ generatio, mores item hominum atq; colores, & alia huiuſmodi. Horum autẽ apparentium certius eſt, quod ex mathematicis ſiue cœleſtibus accipitur, quo

non ſubſiſtentē ad alterū confugit Ptolemæus.
Alius ſequit̃ error Interp̃tis circa hæc autho
ris uerba αἱ τε γὰρ εἴκοσιν ἡμέραι δεύτεραι εἰσὶν ὁδοῦ,
παρὰ τὴν πρώτην ἐπιτετμημένης, ὡς πρὸς τὴν μεσημβρί
ας ἢ τὰς ἄρκτους. ἐκείνης διὰ τὰς ἐκτροπὰς ἡμερῶν οὔσης
„ τριάκοντα. Vbi Interp̃s. Vigeſima nãq; dies ſc̃da
„ profectio eſt emendata poſt primū iter utto
„ ta ad meridiē uel ad ſeptentrionē directa ſit,
„ quum primū iter ob flexiones dierū triginta
fuerit. Author quidem duplicē inſinuat quan-
titatē itineris a Lepti magna ad Garamā. alterā
quidē triginta dierū computatis aquationū di-
uertigijs. alterā uero uiginti ſi iter recte fuerit
ad meridiem aut ſeptentriones. ita ut hoc ſecun
dum iter poſt primū inuentū, decem dierū ſpa-
cio ſit breuius. At Interpres uigeſimā diem ſo-
mniat eſſe ſecundā profectionē, & eam emēda-
tā poſt primū iter, quū non uigeſima ſed uigin
ti dies pro itinere ſecundo habeant, neq; ulla e-
mendatōis a Ptolemæo fit mētio, ſed ſecūdi Iti-
neris poſt primū inuēti, excluſis diuerſionibus
XIIII. Itē pro his Pto- (ꝓpter aquatōes.
lemæi uerbis. ἐξ αὐτῶν τῶν φαινομένων. Interp̃s dicit
„ ab ipſorꝫ etiã obſeruatione ſuperiorū. Scili
cet iterū pro apparētibus gñaliter ſignificatis,
apparētia ſup̱iorꝫ ſuggerēs, quū tñ ea apparen
tia q̱bus Ptolemæus nitit̃ non ſup̱iorū ſint, ſed
terreſtriū aniantiū formis atq; colorib. ſimiliū.
XV. Poſt hæc in capite. xv. Ptolemæus, πάλιν
τὴν πίσαν φησὶν ἀπέχειν τῆς ῥαουέννης πρὸς λιβόνοτον
σταδίους ἑπτακοσίους. διὰ δὲ τῆς τῶν κλιμάτων καὶ τῆς τῶν ὡρι-
αίων διαιρέσεως, πίσαν μὲν ἐν τῷ τρίτῳ τίθησιν ὡριαίῳ
ῥαουένναν δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ. Interpres. Deinde dicit
„ Piſam a Rhauēna diſtare uerſus notū ſtadijs
„ ſeptingentis per partitionē uero Climatū &
„ horarum Piſam in tertia Rhauennā uero in
quarta hora deſcribit. Notū iſte pro libonoto
ponit & horã pro ὡριαίῳ .i. horario articulo uel
interſtitio. Nam neq; Piſam in tertia, neq; Rha
uennā in quarta hora deſcribit Marinus. id eñ
longe abſurdiſſimū eſſet, eas urbes hora itegra
diſtare, ſed hanc quidem in quarto horario arti
culo illam autem in tertio ſiſtere Marinū notat
Ptolemæus. In eodē cap. Interpres dicit. Ptole-
mais enim Thebarū magis orientalis eſt quam
Meroe et quã Nilus decē aut duodecim dierū
profectiōe. Monſtret quæſo hanc Ptolemaidē,
In Aegypto equidē duas offendo, alterã quidē
apud inſulã Nili. ſed quæ occidētalior eſt Nilo
nō orientalior, alterã uero in Thebaide & ean-
dem Nilo occidētaliorem. harū utraq; orienta-
lior Meroe eſt ſed non tanto interuallo, ſcilicet
decem aut duodecim dierū. Nam quæ apud In-
ſulam Nili eſt Meroe orientalior eſt ſexta parte
unius gradus. altera uero quæ in Thebaide ter-
tia unius gradus, ſicut uidere licet in adnotatio
ne numerorū. Verum præter has eſt & alia Pro
lemais ĩ Aethiopia ſub Aegypto, ſcilicet in Tro
glodytica iuxta ſinum Arabicū. Ea uocat̃ πτο-
λεμαῒς τῶν θηρῶν, hoc eſt Ptolemais ferarum. hanc
quippe Ptolemæus ſignificauit diſtantē a Me-
roe ad exortū decem aut duodecim dierū itine-
re. quã & uir ille parum ſui ipſius memor in ex
poſitione Aethiopię ſub Aegypto hoc nomine
rectius nominauit Ptolemaidem ferarū. Porro
& ipſe nōnulla uidi exemplaria græca hoc in lo
co uitiata. Nam ubi prius erat πτολεμαῒς τῶν θηρῶν
lector quiſpiã imperitus fecit θηβῶν, ſcilicet ele
mento græcæ lr̃aturæ ρ aliū pedem capiti ſimi-
lem faciens .i. ex ρ quod bene ſtabat β faciens.
Hæc aũt non dixerim excuſandi Interp̃tis cau-
ſa, quippe qui ante oĩa proſpicere debuit quali
ſe crederet exēplari, ac demū ſibi ipſi conſtaret,
in diuerſis locis rem eandē tractanti. ſed ut per-
ſuadeamus amicis noſtris plurimos locos reſar
ciri oportere, nullo etiã integro ſubſiſtente.
XVII. In decimoſeptio ubi Ptolemæus hæc
habet καὶ πάλιν τὰ σίμυλλα τὸ τῆς ἰνδικῆς ἐμπόριον
μὴ μόνον τοῦ μαρέως ἀκρωτηρίου δυτικώτερον ὑπ' αὐτοῦ
τιθέμενον. ἀλλὰ καὶ τοῦ ἰνδοῦ ποταμοῦ. Iacobus in-
quit, Simylla etiã Indorum emporiū tradit non
ſolū magis occidētale eſſe quã Cumareum pro
montoriū, ubi quæſo inueniet̃ hoc promonto-
riū quod ip̃e Cumareū uocat: quod tñ in India
interna Maleon appellat, cui deinde paucis in-
teriectis ſuccedūt Simylla, adeo non conſtat In
terpres ſibi ipſi. Inde ubi author πανὼ κώμην di
cit, id eſt pano uicū, homo ille Panocomē inter
pretat̃, duo uerba in unū ruditer conferēs, pro
altero, ſignificatiōis uſitatiſſimę nihil latini red
dens. Porro in deſcriptione Aethiopiæ ſub Ae
gypto idem locus ab eo dicit̃ Pano uilla ſeiun-
ctis uocabulis. tam incircūſpectus eſt bonus il-
le uir, ut ne ſibi ipſi quidē cōſtet. Rurſum quaſi
in fine huius capitis. Emporiū eſſe aiunt. Toni
ei dictū ubi Ptolemæus dixit ἐμπόριον εἶναι τὸ κα-
λούμενον νικὶ. Aethiopia aũt ſub Aegypto Toni
emporiū ab eo dicit̃, ſicut & in quodã græco le
gi τονίκη ἐμπόριον. Conſtãtius quidē nomencla-
turã ſeruat, ſed utrobiq; mēdoſam. Quod utiq;
perſenſiſſet Interp̃s ſi grãmaticam græcã ſatis
tenuiſſet, quippe qui in huiuſcemodi interpre-
tationibus per uerbum καλεῖται aut deriuamēta
ſua factis non ſubdunt articulū, ita in præſenti
etiam loco καλούμενον τὸ νικὶ dicitur.
XX. Deinde in cap. xx. Ptolemæ. ait καὶ πίπτει
τὸ ἐπίπεδον αὐτοῦ διὰ τῆς κορυφῆς τῆς ὄψεως. ubi Inter
„ pres. Cadatq; inquit planū eiuſdē ut oculus
„ ſupra uerticē illi ſit. Hic uerticē plani ſomni
at authore uerticē oculi dicēte. Tam alienus igi
tur eſt a mente Ptolemęi quã diſtat oculus a pla
no, quippe ſi uerticē plani extra ip̃m planū acci
pit Interp̃s, in eoq; uertice oculū ſtatuit impoſſi
bile eſt rectã pro plano ipſo apparere. Si autē in
plano ip̃o accipit uerticē, quærendū eſt, cur ma
gis hoc q̃ illud punctū, uertex diei debeat. Seq-
tur imediate Ptolemæi dictio οὐκ ἐπιμένουσι δὲ οἱ
παράλληλοι διὰ τὴν παράθεσιν τοῦ βορείου πόλου. Inter-

pres. Hoc parallelis nihilominus non contingit
propter eleuationẽ poli ſeptentrionalis. Qꝫ pa
ralleli non præbeant phantaſiã rectarꝫ, non eſt
propter eleuationẽ poli borealis, ſed ꝑpter ab-
ceſſum eiuſdẽ poli a planis parallelorꝫ. Nam &
ſi oculus, ſub æquinoctiali ſtatuat̃, ubi neuter
polorũ ſupra horiçontẽ eleuat̃, nullus tamẽ pa-
rallelorũ apparentiam rectæ lineæ faciet.
XXIIII. In cap. xxiiij. Ptolemæus προσαρμόσομεν αὐτῇ κανόνα σύμμετρον καὶ ὀρθόν. Interp̃s cui
,, regulã inquit, coæqualem ac rectã ita adapte
mus. Non coæqualẽ intelligit Ptolemæus regu
lam, quũ ultra lineam E. F. porrigi debeat. ſed
cõmenſuratã hoc eſt iiſdẽ aut æqualibus diſtin
ctã particulis. Paulo poſt Ptolemæus. καὶ γενέσθω
ἡ ε η τοιούτων λδ οἵων ἐστὶν ἡ ε ζ εὐθεῖα ρλα ς. ιβ. In-
,, terp̃s & diuidat̃ inquit, linea E. G. in trigin-
,, ta et quatuor tales partes qualiũ eſt G F cen
,, tũ & tringinta una & tertia ac. xij. Quomo-
do bone uir linea E G quã Ptolemæus uocat
ε η in partes tales diuidi poteſt quæ nondũ fini-
ta eſt ad punctũ G, ſed ex ipſis partibus trigin-
taquatuor finem alterũ eſt adeptura? Profecto
non ex ipſa linea altrinſecus indefinita partes
quærunt̃ trigintaquatuor, ſed ex particulis li-
nea. G. F. ſuppoſitis definitio lineæ E G. inue-
ſtigat̃. Paucis demũ interiectis author hæc ha-
bet πρὸς μὲν δὴ τοὺς τοῦ μήκους ὅρους, ἓξ ὡριαίων διαστη-
μάτων συναγομένων ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ κ λαβόντες τὴν ἐπὶ
τῆς κ ε τοῦ μεσημβρινοῦ γραμμῆς διάστασιν τεσσάρων διαστη
μάτων ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς ῥοδίας παραλλήλου πέντε ὁμοίων,
διὰ τὸ ἐπιτέταρτον ἔγγιστα λόγον τοῦ μεγίστου κύκλου πρὸς
αὐτόν· καὶ τηλικαύτας ὀκτὼ καὶ δέκα διεκβαλόντες ἐφ᾽ ἑκά
τερα τοῦ κ κέντρῳ τὴν θ κ λ περιφέρειαν ἕξομεν τὰ σημεῖα
δι᾽ ὧν ἐπιζευγνύναι δεήσει ἀπὸ τοῦ κ τοὺς τὰ τριτημόρια τῶν
ὡρῶν διαστήματα περιέξοντας μεσημβρινούς. Interpres.
,, Circa longitudinẽ uero inq̃t, quæ ex utraqꝫ
,, parte centri ſpacia ſex horarũ continebit, ſu
,, mentes diſtantiã quæ eſt in K. E. linea meri-
,, dionali quatuor ſectionũ ſeu partiũ in paral
,, lelo per Rhodũ per quinqꝫ diuiſam, quũ ma
,, ximus circulus ſit fere Epitertus ad ipm, ac
,, taliũ decem & octo ſectiões ab utraqꝫ parte
,, centri ſignãtes in H. K. L. circũferentia habe
,, bimus puncta per quę ducendi erũt meridia
,, ni a centro G. quorꝫ quilibet ab altero diſta
bit parte unius horæ. Centri dicit Interpres, ubi
Ptolomęus habet elementũ literaturæ gręcæ κ.
debuit ergo dicere ex utraque parte puncti κ.
Cauſſam erroris hanc fuiſſe nõ dubitauerim, ꝙ
iuxta breuiationẽ græcanicam, nomen centri
ſic ſcribitur κ- per unicum ſcilicet κ uirgula de
xtrorſum exporrecta, qualem & ipſe uidi cha-
racterem centri in nõnullis exemplaribus græ-
cis, uitio lectorum corruptis. Centrum quippe
punctum eſt unicũ, quod nullã plani diſtinctio
nem facere poteſt, in linea autẽ facere poteſt, ſi-
cut & linea bipartitur planiciem, et planicie cor
pus diſſecatur. Vbi autẽ perplexa traductio ha
bet, quatuor ſectionũ ſeu partium in parallelo
per Rhodũ per quinqꝫ diuiſam, talis ferme ſen-
tentia exprimenda fuit quatuor partiũ ſiue ſpa
ciorum quæ in parallelo per Rhodum quinqꝫ
partibus æquiparantur. Deinde iterum priſti-
no hæſitat errore, uocabulum centri pro ele-
mento κ ponens quod utiqꝫ uitium declinaſſet,
ſi inſtinctu mathematico non characterem fal-
lacem, ſed authoris mentem animaduertiſſet.
Inferius deniqꝫ figuratione iam expedita, ine-
ptiam ſuam detegit Interpres, paruo quidem
momento, ſed quod auertit Lectorem a mente
Ptolemæi, ſic dicentis. καὶ παρασημειωσόμεθα τοὺς
ἀριθμοὺς ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν ἰσημερινὸν τομῆς ποιούμε-
νοι τὴν ἀρχήν· ἀφ᾽ ὧν καὶ τοὺς παραλλήλους ἐξέσται γρά
,, φειν. Interpres. numerosque inquit, in ipſis
,, ſigillatim notabimus exordium ab æquino
,, ctiali ſumentes. In his itaque numeris in
,, regula poſitis poterimus ducere parallelos.
,, Quis quæſo intelliget quo pacto in his nu-
meris in regula poſitis ducere poſſimus paral-
lelos? Quum paralleli ipſi in tabula non in re-
gula ne dicam numeris quos ipſa geſtat, deſcri-
bi intelligantur. Recte dicendum erat, a qui-
bus aut ſecundum quos ducere licebit paralle-
los. Paulo inferius Ptolemæus τὴν δέουσαν ἐφ᾽
,, ἑκάστου ποιησόμεθα σημείωσιν. Interpres. Vtri-
,, uſqꝫ ſpacium in loco captabimus. Sed hunc
,, hominis defectũ facile eſt cuiuis uidere con
,, ferenti traductionem ad literam authoris &
,, item longe facilius ſi præterea didicit quo
,, pacto fixarum notæ in ſphæra ſolida ſiſti de
beant. Proinde iam curſus feſtinandus eſt ad
eum locum paulo inferiorem, ubi Ptolemæus
alterum habitabilis in plano deſcribendæ mo-
dum adgrediens, ita dicit πρῶτον μὲν ἕνεκεν τοῦ
ποσοῦ τῆς ἐγκλίσεως τῶν τε παραλλήλων κύκλων καὶ
τοῦ διὰ τῆς σημαινομένης τομῆς καὶ τοῦ κέντρου τῆς
σφαίρας ὀρθοῦ πρὸς τὸν μέσον τοῦ μήκους μεσημβρι-
νὸν ἐπιπέδου, νοείσθω ὁ μέγιστος κύκλος. Hoc In-
,, terpres ita uertit. Primo autẽ propter quan-
,, titatem inclinationis circulorum parallelo-
,, rum & anguli recti notatæ ſectionis ac cen-
,, tri ſphæræ ad meridianum qui medius pla-
,, nam longitudinem diuidit, conſtituatur ma
,, ximus circulus, Author quidem inclinatio
nem ſignificat parallelorũ circulorum, & plani
cuiuſdam ducti, per centrũ ſphęræ ac inciſionẽ
paralleli, & meridiani, bipartito diuidentiũ ter-
ram cognitã, plani inquã recti ad dictũ meridia
num. At iſte angulũ rectum notatæ ſectionis ac
centri ſphæræ ad meridianum ſomniat, nullam
plani mentionẽ faciens, ſed anguli de quo Pto-
lemæus penitus nil dicit, quaſi uero duo pun-
cta ſcilicet ipſa ſectio notata & centrum ſphæ-
ræ angulum aliquem contineant. Nihil hoc in-
terpretamento inſulſius. Iudicabit quiſquis
Geometriæ gnarus eſt, ſi mentem Authoris
rite perſpiciat. Paulo inferius Ptole-

mæi uerba καὶ γενέσθω διὰ τοῦ ε μεγίστου κύκλου πάλιν ἡμικύκλιον ὀρθὸν πρὸς τὸ α ε ζ γ. τὸ β ε δ. Ita inter
,, pretatur. Ducaturq; per E maximum circu
,, lũ iterũ ſemicirculus rectus. ad A. E. C. qui
ſit. B. E. D. per E. dicit maximũ circulum quũ
E ſit nota ſolũ non maximus circulus. Hic er-
ror Interpretis quoſdam induxit, ut ſcriberent
in ſuis exemplaribus. Ducaturq;. A. B. C. D.
maximũ circulum iterũ ſemicirculus &c̃. quan
quã ne illud quidem authoris mentẽ exprimat.
Sed rectius ita, & ſcribat̃ per E. maximi circuli
iterũ ſemicirculus. Inferius alterũ modum de-
ſcriptionis in plano expoſiturus author hæc
profert. Διῃρείσθω ἡ ἴση τις τῇ ε ζ εὐθεῖα εἰς τὰς ἐνενήκοντα τοῦ τεταρτημορίου μοίρας. ubi Interpres di
,, uidaturq; inquit quædam æqualis E. F. re-
,, ctæ ad nonaginta quartam graduũ partem.
Dicendum erat aptius in nonaginta quadran-
tis partes ſeu gradus. Paucis deinde interiectis
Ptolemæus ἔσται καὶ ὁ μὲν θ διὸν γραφήσεται διὰ συήνης καὶ μεταξὺ ἔγγιστα τοῦ πλάτους παράλληλος, ὁ δὲ π ζ διὸν γραφήσεται ὁ ἀφορίζων τὸ νότιον πέρας. Inter-
,, pres erit H. quidem, inquit, circulus per Sy-
,, enem ferme in medio habitabilis terræ loca
,, tus F uero parallelus erit Auſtralem plagam
,, habitabilis terminans. Notas ſcilicet, inepte
appellat circulos, quum a Ptolemæo ſignificen
tur notæ, per quas circuli ipſi ſunt ſcribendi. Il-
lud deniq; incuriam traductoris manifeſtat q
poſt panca quædã affert, Deſcribemus inquit.
Q. & K. & R, atq; O, & H, & P. atq; M & G,
& N. circumferentias. ſcilicet ternis notis ſin-
gulas atq; continuas circumferentias repræſen
tantibus, tot ſuperuacuo ac inſcite copulatiuas
inſerens, quaſi ſingulæ notæ ſingulas repræſen
tent circumferentias. Non ſic Ptolemæus, ſed
more mathematicorũ optimo τὰς π κ ρ καὶ ξ θ ο καὶ μ ζ ν περιφερείας γράψομεν. Deinde Interpre-
,, tis hæc legunt̃ uerba. Si enim inquit, hic pro
,, ducamus. s. & υ. rectam quemadmodum in
,, priori pictura H & υ circumferentia mino-
,, rem rationẽ habebit ad F. s. & κ υ. quã opor-
,, teat in præſenti figura cum comprehẽſa hic
,, ſit per totam H. T. quod in æquinoctiali pa
,, riter accidit G. M. ſi uero hãc coæqualem fa
,, ciemus ad κ. F. latitudinis ſpaciũ tum F. s. &
,, κ υ maiores eorũ quã coæquationes ad F K.
,, uelut. H T. Si aũt F s & κ υ ſeruemus coæ-
,, quales H & minor erit ad K F. quã coæqua
,, tio uelut H T. Quã portentoſa ſit hæc inter
pretatio licebit uidere in uerbis Ptolemæi quan
quã exemplaria græca quotquot uidi, hoc in lo
co uitiata ſunt, attamen in medium afferantur.
ἐὰν γὰρ κἀνταῦθα διαγάγωμεν τὴν σ ω υ εὐθεῖαν, ὡς ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος, ἡ π θ ω περιφέρεια ἐλάττονα δηλονότι ποιήσει λόγον πρὸς τὰς ζ σ καὶ κ υ τοῦ προσήκοντος ἐν ταύτῃ τῇ καταγραφῇ λόγου· ὃς εἴληπτο καθόλου τῆς θ τ νοουμένης κατὰ τὸν ἰσημερινόν· ἐάν τε ταύτην σύμμετρον ποιήσωμεν τῇ κ ζ τοῦ πλάτους διαστάσει, αἱ ζ σ καὶ κ υ μείζονες ἔσονται τῆς πρὸς τὴν ζ κ συμμετρίας ὥσπερ καὶ ἡ θ τ. ἐάν τε τὰς ζ σ καὶ κ υ τηρῶμεν τῇ ζ κ συμμέτρους, ἡ θ ω ἐλάττων ἔσται τῆς πρὸς τὴν κ ζ συμμέτρου καθάπερ καὶ τῆς θ υ. θ τ. In
terp̃s ἀντὶ τοῦ συμμέτρου dicit coæquale, quũ longe
aliud ſit σύμμετρον, hoc eſt cõmenſile, & coæq̃le
ſicut & ſuperius notatũ eſt. Ceterũ id accidens
de quo hic agitur in æquinoctiali etiã apparere
autumat, quũ tamen in præſentiarũ, de quatuor
tantũ Circulis fiat mentio, tribus. ſ. parallelis,
quorũ duo quidẽ habitabilem definiũt, & medi
us qui per Syenẽ ducitur, ac de ipſo meridiano,
quẽ ſignificat recta per mediũ tabulæ deorſum
prodiens. nam hæc uerba νοουμένης κατὰ τὸν ἰσημερινὸν perperã interiecta ſunt ab inepto quopiam
librario. uerũ uix ullo in loco uenia iuſtior eſt
quã in præſenti, quando & authoris ipſius uer
ba circumciſa ſunt, ac expoſitione egent haud
uulgari. Hic equidem fit comparatio duorum
modorũ deſcribendi habitabilem in plano, præ
ferturq; poſterior priori, quoniã in eo cõmen-
ſibilitas prope per oĩa ſeruatur. Non autẽ ſic in
priore. Qua de re latius in cõmentarijs nr̃is geo
graphicis ſcriptum eſt. Quũ itaq; prior modus
multo rudior ſit poſteriore, nõ poſſumus non
mirari, eos, qui incertã uiã ingrediunt̃, tantosq;
ſumptus, tm̃q; ſtudiũ impendũt, ut ob grauita-
tem ſuã quã alias præferũt ab impitis exiſtimẽ
tur ſum̃i ac eruditiſſimi geographi. uulgus ſi q-
dem iners quantitatem operis ſpectat, qualita-
tem uero ac modũ nõ ſpectat, illis ego nũc affir
mo priorẽ deſcriptõis modũ adeo abſonũ eſſe,
ut æquinoctialis portio, iuſto maior ſit ſex &
uiginti fere gradib. Parallelus aũt qui per Thy
lem ſcribit̃, iuſto maior triginta gradibus. quẽ
admodũ uidere licet periculũ facientibus. Ego
quidẽ hæc ita eſſe certũ habeo per demonſtrati
ones geometricas, alius autẽ quicunq; experia
tur circino ſuo ſicuti & ipſe feci, poſt demon-
ſtrationes quãuis certiſſimas. Hoc incõueniens
quantũ ſit intelliget quiſquis ſingulos gradus
circuli magni quingentis adaptare ſtadijs fate-
bitur Ptolemæo id aſſeuerante. Sed ne amplius
digrediamur quũ hæc alibi abunde explanata
ſint redire tempus monet ad ceptum negociũ.
Claudens igitur caput illud Ptolemæus ait τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων προτιμητέον μὲν ἔμοιγε κἀνταῦθα καὶ πανταχῇ τὸ βέλτιον ἢ ἐπιπονώτερον τοῦ χείρονος καὶ ῥᾴονος. τηρητέον δὲ ὅμως ἀμφοτέρας τὰς μεθόδους καταπεπραγμένας ἕνεκεν τῶν ἐπὶ τὴν προχειροτέραν αὐτῶν ἀπὸ ῥᾳστώνης κατενεχθησομένων. Interpres.
,, His aũt inquit, ſic habitis magis & hic tenen
,, dũ eſt, quod fit æquius q̊dq; ſerioſius, quã
,, id quod debilius, faciliusq; utræq; tñ formę
,, ſeruãdæ ſunt ob ea quæ facilius in opere ad
ducunt̃. Author quidẽ Ptolemæ. bina epitheta
contraria ꝓprijſſime obſeruat, melius. ſ. contra
deterius & laborioſius cõtra facilius. At Interp̃s
æquius ꝓ meliori poſitũ opponit debiliori, q̊d
ꝓ peiori uir ille ſuggeſſit. Iteq; ſerioſius inepte

pro laborioſiori dixit. Porro Ptolemæus ami-
bas ſeruandum eſſe cenſet uias non ob ea quæ
facilius in opere adducuntur, ſicuti Interpres
perplexe uertit, ſed propter eos opifices qui ad
faciliorem eorum propenſi ſunt.

ANNOTATIONVM IN erroreslibri primi Finis.

Itaq; primo libro hactenus percurſo mox in
præfatione ſequentis uoluminis hæc Interpre-
tis uerba leguntur. Deinde inquit, Africam ex
„ ponemus ipſam etiã ab Aſia ſeparantes poſt
„ maria quæ excipiuntur a Praſſo promonto
„ rio Aethiopũ uſq; ad ſinũ Arabicum, Iſthmo
„ qui a ciuitate Heroum quæ in interiori ſinu
„ ſita eſt ad noſtrũ mare ſe ingerens Aegyptũ
„ ab Arabia Iudæaq; diſterminat. Conſtat ſi-
num Arabicũ, mari rubro, ac cæteris deinde pe
lagis eſſe continuũ, hincq; aduerſus mare medi
terraneum porrigi, breui quodam terreno ſpa-
cio interiacente, qd Ptolemæus uocat. Iſthmũ.
Sed ab hoc Iſthmo non excipiunẽ maria, quæ a
Praſſo promontorio Aethiopũ ſunt, uſq; ad ſi-
num Arabicum, ſicuti uerba Interpretis ſignifi
cant, id eſt ſinus Barbaricus, ac mare rubrum,
quũ inter hæc maria & Iſthmũ memoratum, to
tus iacet ſinus Arabicus. Q; ſi forte caſum abla
tiuũ Iſthmo conſtruere uelis, participio ſeparã
tes, quãuis ne hoc quidẽ ordine ſenſus ſit perfe
ctus, quum itellectus aliquid expectet, quo ex-
cipiantur hæc maria. Iam Interpres Africam ab
Aſia ſeparat per maria dicta, & Iſthmũ, ſinu A-
rabico in totũ prætermiſſo, quod longe ab au-
thoris mente abeſt, quippe qui Libyam ab Aſia
ſecernit, poſt maria quæ iuxta Praſſum promõ
toriũ ſunt, uſq; ſinũ Arabicum, ipſo ſinu Ara-
bico, ac Iſthmo, qui ab eius ſeceſſu iuxta Heroũ
ciuitatẽ, ad noſtrũ mare permeat. Hæc manife-
ſta ſunt adeo, ut nõ ſit opus inſerere uerba Pto
lemæi. Hinc ergo ad particulares prouinciarũ
expoſitiones deſcendemus. Paulo poſt initium
Albionis Inſulæ Britãnicæ eſt apud Ptolemæũ
κλῶτα ἔιχυσις pro quo Interpres dixit. Clotais
æſtus, dupliciter peccans, tum q; præpoſitiõem
græcam εἰς nomini κλῶτα adnectit, quaſi Ptole
mæus dixerit κλοοταεὶς χύσις, tum q; æſtum pro
æſtuario ſuppoſuit, multo differentibus his uo
cabulis. Aeſtus quippe ferueſcentia maris eſt,
qua fit æſtuariũ, quaſi ſtagnũ quoddã mari con
tinuũ, quod greci ἔιχυσιν uocant. i. affuſionem,
Hoc ſemel notaſſe ſatis fuerit, quanquã tradu-
ctor ſæpe peccet oĩa corrũpens æſtuarioꝝ no-
mina, quæ ſunt in hac Inſula Albionis, Lena,
Ituna, Moricamba, Beliſama, Seteia, Vexala, Ia
meſa, tot iſte noĩa deprauat, totiesq; pro æſtua-
rio æſtũ inſcite ſuggerit. Non aliter paulo poſt
primũ æſtuariũ quod dicitẽ Clota inuertit Pto-
lemæi uerba ταρνεδοῦμ ἢ καὶ ὀρκὰς ἄκρα. Hoc eſt
Tarnedũ quod & orcas promontoriũ. Hic eñ
Interpres dixit Tarnedum & Orcas promon-
toriũ, ſcilicet ex noĩe promontorij & articulo
unũ conficiens nomẽ, quaſi uero Ptolemeus di
xerit ταρνεδοῦμ τὸ ὀρκὰς ἄκρα. Que uerba duo po
tius quã unum promontoriũ ſolum ſignificãt.
Rurſus in noĩe alterius cuiuſdã promõtorij ab
errat, quod. ſ. eſt poſtremũ in deſcriptione late-
ris meridiani, id eñ uocat Nucantium promon
toriũ. quod rectius nuncupatur Cantium, Can
tijs etiã populis iuxta ipſum Regentibus, & in-
ferius mox antequã gentes Inſulæ aggreditur
uocat Nouantũ idem promontoriũ, ubi & græ
ca habent νότιον & alia ἀκάντιον, adeo uaria ac in
conſtans eſt nominũ adnotatio. Iam uero popu
los deſcribens Damnonios ſiſtit in partibus In
ſulæ pene borealiſſimis, ſub Nouantis. ſ. qui o-
mniũ borealiſſimi ſunt, ac ſub Selgonis, oblitus
utiq; ſe dudũ ſtatuiſſe Damnoniũ promõtoriũ
in auſtraliſſimis Inſulæ partibus, unde populis
illic degẽtibus Damnonijs nomẽ eſt, oĩm inco
larũ auſtraliſſimis, quemadmodũ & ipſemet in
ferius exponit, paulo antequã Inſulas Albioni
circũiacentes aggreditur. ſcire debuit homo ſo
mniculoſus, Damnios quidem oĩm præter No
uantas ac Selgonas eſſe borealiſſimos, Damno
nios autẽ omniũ ſimpliciter auſtraliores, tanto
eos ſeparante interuallo, quãto Iacobus Ange-
lus ab idoneo alienus eſt interprete. Neq; ei ue-
niã quiſpiã dederit, q; & græca hoc in loco cor-
rupta ſunt. Nã ſi exẽplaria emẽdare nõ potuit,
neq; interpretari quidẽ debuit. Si uero emẽdan
di facultas ei fuit, ſed per ſecurã, imo potius in-
diligentem recognitionẽ, ſaxa ut aiunt, tranſi-
lijt, iam modo non ignoſci debet peccatũ, ſed &
omnino damnari. quando & authorem lædit,
& lectoribus falſam inſinuat traductionẽ, ſed
uideamus græca, Selgonis populis ac eorum ci
uitatibus iam deſcriptis ſequitur τούτων δὲ πρὸς
ἀνατολὰς δάμνιοι μὲν ἀρκτικώτεροι ἐν οἷς πόλεις. Ci
uitatibusq; expoſitis mox ſequitur γαδῆνοι δὲ
ἀρκτικώτεροι. ὠταδῆνοι δὲ μεσημβρινώτεροι ἐν οἷς πό
λεις. Duabus ſubnotatis ciuitatibus ſequitur. με
τὰ δὲ τοὺς δαμνονίους πρὸς ἀνατολὰς καὶ τὰ λοιπά.
uides & hic inconſtantiã, ubi pro Damnijs Da
mnonij ſupponũtur. Eſt præterea aliud hoc in
loco uitium quod extemplo apparet ſi ciuitatũ
nominibus ac numeris omiſſis filum hiſtoriæ
continuũ faciamus repetitis etiam Selgonis ad
hunc modum ὑφ᾽ οὓς σελγοναι. τούτων δὲ πρὸς ἀνα-
τολὰς δάμνιοι μὲν ἀρκτικώτεροι. γαδῆνοι δὲ ἀρκτικώτε
ροι ὠταδῆνοι δὲ μεσημβρινώτεροι. hic nempe diſiun
guntur Damnij & Gadeni tanquam in diuer-
ſo ſitu poſiti, & tamẽ utriq; ſeptentrionaliores
ſignificantur. Alteros ergo aut Gadenos aut
Otadenos ſuꝑuacuo adnotatos eſſe oportet, ne
uel duplices ſint borealiores uel auſtraliores
duplices, coniunctione græca δὲ id poſtulante.
Exemplar aũt latinum Iacobi nec Gadenos ha
bet neq; Otadenos, ſed ciuitates oẽs quæ ſunt

a Colania ad Bremeniũ adſcribit Damnijs, nul
la mentione facta Otadenoꝝ ac Gadenorũ, o=
miſſiſq; ciuitatib. tribus, Lindo, uictoria, et Cu
ria. Deinde Brigantibus expoſitis Ptolemæus
dicit λεγίων ς νικηφόριος hoc ẽ legio ſexta uictrix·
quũ a duce Nicephoro non a uictoria noĩari de
buerit. Et inferius λεγίων.κ.νικηφόριος, id eſt legio
uigeſima Nicephorica, hic Iacobus habet ne=
ſcio quid tale Diua & leuia uictrix.

HISPANIA.

Iam uero Hiſpaniã Beticam ingreſſus mon
tem eius Tenarianum appellat, quem Maria=
num uocare debuit, Ptolemæo dicente ὄρη δὲ ὀνο
μάζεται τῆς βαιτικῆς τό τε μαριανὸν interiectiſq; nu
meris καὶ τὸ καλούμενον ἰλλίπουλα. Homo iſte ce=
cutiens coniunctionem τε nomini montis im=
perite adnexuit.

LVSITANIA.

Neq; Luſitania ab eius peccato immunis eſt.
Nam ubi Ptolemæus dicit de Doria fluuio ὃ
δὲ πρὸς τῷ πέρατι τῆς λουσιτανίας τοῦ ποταμοῦ μέρος.
id eſt pars autẽ fluuij iuxta terminũ Luſitaniæ.
Hoc Iacobus ſic inuertit. Pars uero Luſitaniæ
quæ finẽ habet in ipſo fluuio gradus tenet 9 ½.
41 ½ ⅓. Totum quidem Luſitaniæ latus ſepten
trionale, finẽ habet in ipſo fluuio, quare & totũ
illud latus tenet gradus hic adnotatos, quod eſt
incõueniens, uidelicet tantũ longitudinis ſpaci
um ad indiuiduũ quodãmodo ſitũ conſtringe=
re. Corrũpit deinde Luſitanorũ ciuitatum no=
men, quæ eñ uocatur Scalabiſcus ab eo nomia
tur Scalabis Colonia, Alia uero Cappaſa Luſi
tanoꝝ ultima penitus non apparet, ſed facilius
id cõdonamus. Porro in Callaicis Lucenſibus
dicit Lapatiacoꝝ promõtorium, ꝗꝗ ne id qui
dẽ Ptolemæo rñdeat, dicenti λαπατία κώρου ἄκρον.
hoc eſt Lapatia Cory promontorium. Sed hæc
tanq; leuia ꝑcurrimus, ac numeros in totũ præ=
termittimus, ꝗuis tẽplo Veneris ꝗd in extrema
Pyrene eſt ad pelagus baliaricũ adſcribat longi
tudinẽ graduũ 23 quũ ſitum ſit in gradib. 20 ⅓.
Nolo equidem culpã quæ librarij eſſe potuit in
Iacobũ quãuis ſegnem Interpretẽ detorquere.
Sed quũ hunc eundem numeꝝ inferius repetat
ante deſcriptionẽ montiũ. dicit eñ poſt hanc di
ctum Veneris templũ 23.42⅓. ſuſpicari licet in
curia ꝓpria id uitiũ eueniſſe. Itaq; his numeris
ducibus templũ Veneris in Galliã Narbonen=
ſem transfert ad os prope Rhodani orientale. Il
lud uero ridiculũ eſt ꝙ pro ciuitate quæ Alonæ
uocaẽ Alonæ fluuij oſtia ſupponit, quũ in græ
co ſit ἀλωναί ubi nulla apparet terminatio geni
tiui. Iam uero ex mõtibus unus eſt qui apud o=
mnes Grecoꝝ uetuſtiſſimos Codices uocatur
ἠγδούβεδα is aũt a Iacobo ſcribiẽ Dubeda. ſ. abla
to capite nois quaſi fuerit articulus ĩpi proprio
nomini propoſitus. uidebimus & alia homis er
rata ad montes ſpectantia. ſi prius Pyreneis ſu=
peratis ad Galliã Aquitanicã deſcenderimus.

GALLIA AQVITANICA.

Nempe in eius definitiõe hæc ꝓfert Interps.
„ Orientale aũt inqt latus Lugdunẽſi coniũgi
„ tur iuxta Ligirẽ fluuiũ uſq; ad eius originẽ,
„ cuius ſitus hẽt gradus 20.44½. & parti Nar
„ bonẽſ. uſq; finẽ iuxta Pyrenẽ, cuius gradus
„ ſunt 19.45½. Meridionale uero latus parti
„ Pyrenes cõiunctũ eſt & parti Narbonenſis.
„ Narbonẽſi quidẽ a capite Ligiris fluuij uſq;
„ ad dictũ finem iuxta Pyrenem. Pyrene uero
„ iuxta partẽ quæ inde ad Iaſſum promonto=
riũ tendiẽ. Viden quæſo ut cõfundit duo hæc
latera? Pars orientalis lateris eſt a capite Ligiris
fluuij, ad ſitũ gradus habentẽ ut ipſe ponit 20.
44½. id eſt ad diuertigiũ Cemmenorũ montiũ
a Pyrenæo, hunc eundẽ limitem cõem Aquita=
niæ & Narbonenſi, meridiano quoq; lateri A=
quitaniæ adſcribit. Non aliter meridianũ & oc
cidentale confundit latera. Nam meridianũ la=
tus ait eſſe coniunctũ Pyrene, iuxta partẽ quæ
inde ſcilicet a dicto termĩo eſt ad Iaſſum, ut ipſe
uocat promontoriũ. At hæc pars Pyrenes cur=
uaturam habet aduerſus Tarraconẽſem. unde
Pyrene palã ad ſeptẽtriones flectiẽ. Itaq; Aqui
tania a meridie definiẽ parte Pyrenes, quæ a di=
cto termino ad caput Ligiris relato, eſt uſq; ad
curuaturam eius. reliqua uero portio ad Oeaſ=
ſum ꝓmontoriũ deſinẽs, occidẽtali Aquitaniæ
termino debeẽ. hæc neminẽ latebunt, quatuor
inſignes notas in Pyrene ipſa aĩaduertentẽ, ui=
delicet Oeaſſum ꝓmontoriũ ad occeanũ Aqui
tanicũ, curuaturã ad Tarraconẽſem, diuertigi=
um Cemmenoꝝ montiũ, ac Templũ Veneris
ad mare Gallicũ. uerum ne uideamur ex cõpo=
ſito oẽm culpã in hunc hoiem cõtorquere, ſi nõ
oẽm huius erroris cauſam detexerimus uidere
opæpreciũ eſt græcoꝝ ꝗq; negligentiã, ne dicã
Ptolemaicę doctrinę corruptelã, nã ꝗ in oibus
pene græcis exemplaribus de hac definitione
leguntur, hæc ſunt. ἡ δὲ ἀνατολικὴ πλευρὰ, συνῆπται
τῆς λουγδουνησίας μέρει κατὰ τὸν λίγειρα τὸν μέχρι τῆς
κεφαλῆς αὐτοῦ. ἧς θέσις ἐπέχει μοίρας κ· με. καὶ τῆς ναρ=
βωνησίας μέρει μέχρι τοῦ πρὸς τῇ πυρήνῃ πέρατος· οὗ
ἡ θέσις ἐπέχει μοίρας ιθ μγ ς· ἡ δὲ μεσημβρινὴ πλευρὰ,
συνῆπται τῆς τε πυρήνης μέρει, καὶ τῆς ναρβωνησίας. τῇ μὲν
ναρβωνησίᾳ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίγειρος ποταμοῦ, με=
χρι τοῦ εἰρημένου πρὸς τῇ πυρήνῃ τῷ ὄρει πέρατος· ἀπὸ δὲ
δυσμῶν τῇ τε πυρήνῃ κατὰ τὸ ἐντεῦθεν μέρος ἐπὶ τὸ
οἰασσῶ ἀκρωτήριον. Quæ ſic ad literam fere tradu=
cuntur Orientale autẽ latus coniunctũ eſt Lug
dunenſis parti apud Ligurem uſq; caput eius
ſitum habens in gradibus 20.45. & parti Nar=
bonenſis uſq; ad terminũ in Pyreneo cuius ſi=
tus habet gradus 19.43⅙ Meridianum uero la
tus coniũctum eſt parti Pyrenes ac Narbonen
ſis. Narbonenſi qdẽ a capite Ligiris fluuij uſq;
dictum in Pyreneo monte terminũ, ab occaſu
autem Pyrenæo ſecũdum partem quæ hinc eſt
ad ocaſſum promontoriũ, Hæc a Iacobi inter=

pretamento haud multum diſſonant, niſi ꝙ ad finē huius loci nullā is. termini occidentalis facit mentionē, an quia neq in exēplari ſuo erat. an ꝙ & ipſe uacillabundus inconſtantiā definitionis uel non intellexit, uel inconſulto demutauit. Deinde quū in hac prouincia Aquicanica ſint Bituriges populi duplices, hi quidem uibiſci illi autē Cubi, utriq apud Iacobum dicuntur Bituriges Eubiſci, (Lugdunēſis) In Lugdonenſi ſic habet paulo poſt initium. Biducenſiū Argenuæ fluuij oſtia 18. 50 z. Quum inter Titum & Olmam fluuios non ſit alius in uetuſtis exēplaribus. ſed dicat nobis Interpres ubi nam ſit caput Sequanæ fluuij celebrati quandoquidem medium eius eſt in gradibus 24. 47⅓. nam eius uerba hæc ſunt. Orientalis lateris pars Belgis coniungitur iuxta Sequanā fluuium cuius medium gradus habet 24. 47⅓. Præterea lineæ rectæ quæ ab ipſo prodit uſq in finem, cuius ſitus 25. 45⅔. hoc medium æqualiter prope diſtat ab Occeano Britannico, cui Sequana infunditur, & a mari Gallico, quare & in eodem mari Gallico, aut in ora maritima Narbonēſis haud procul ab oſtijs uari fluuij caput Sequanæ quærendum eſt. Neq ab hoc errore immunes ſunt plærique omnes græci Codices, in quibus hæc uerba leguntur ad definitionem Galliæ Lugdunenſis ſpectantia. ἡ δ᾽ ἀνατολικὴ τῶν πλευρῶν συνῆπται μὲν τῇ βελτικῇ κατὰ τὸν σηκοάναν ποταμόν· οὗ τὸ μεταξὺ ἐπέχει μοίρας κδ· μζ γ· καὶ ἔτι τῇ ἐπ᾽ εὐθέας αὐτῷ γραμμῇ μέχρι πέρατος οὗ ἡ θέσις κε Δ· με γ· hoc eſt Orientale aūt latus coniunctum eſt Belgicæ ad Sequanam fluuium, cuius medium habet gradus 24. 47⅓ & adhuc lineæ quæ ei arrigitur uſq terminū, cuius ſitus 25¼. 45⅓ Quod numeri diſcrepant, quāuis ne id quidem nota careat ad propoſitum nihil facit hoc potius quærendum eſt, quomodo iuxta Sequanam, ut ipſe dicit ſint Arnutæ cum duabus ſuis ciuitatib. Antrico & Cenabo, quippe quę non plus a Ligire ꝙ Sequana diſtant, et rurſus quomodo ſub Arnutis ſunt Parriſij ac ciuitas Lucodecta, quum ab Arnutis ad ortum illinc ſecedant numeris id plane cōmonſtrantibus. Alios deniq populorum incōſtantes ſitus prætereantur Rhodano

,, iniuriā ſuam cauſante quam Iacobus his in-

,, ſinuat uerbis. A parte Orientali Auernorū uſq ad ſciſſionem Rhodani fluuij ad ſeptentrionem gens Aeduorū habitat, ſcilicet uocabulū ἐκτροπῆς in ſciſſionem uertit, nam hæc leguntur uerba Ptolemæi ἀπ᾽ ἀνατολῶν δὲ τῶν ἀρυέρνων μέχρι τῆς πρὸς ἄρκτους ἐκτροπῆς τοῦ ῥοδανοῦ ποταμοῦ, τὸ τῶν αἰδούων ἔθνος. Oſtendat quæſo ullam notabilem Rhodani ſciſſionem, præter eam quæ paulo ſupra oſtia eius eſt. Quāto rectius dixiſſet ad hūc fere modū. Ab exortu autem Aruernorū uſq diuertigium Rhodani fluuij ad ſeptentriones Aeduorum gens. Hoc autē diuertigiū eſt, ubi Arar Dubi fluuio dudum recepto in Rhodanum incidit. niſi forte ſciſſionem huiuſcemodi contra fluxū amnis, hoc eſt ab oſtijs non a fonte præter conſuetudinē loquentiū animaduertere uelit.

GALLIAE BELGICAE.

Deſcribens latus Galliæ Belgicæ ita inquit Ptolomæ. ἡ δ᾽ ἀπ᾽ ἀνατολῶν πλευρὰ, περιορίζεται τῷ ῥήνῳ ποταμῷ παρὰ τὴν μεγάλην γερμανίαν. οὗ ἡ μὲν κεφαλὴ ἐπέχει μοι κθ ς· μς· ἡ δὲ κατὰ τὴν ὀβρίγκου ποταμοῦ πρὸς δυσμὰς ἐκτροπὴν μοι κη· ν· καὶ ἔτι τῷ ἀπὸ τῆς πηγῆς ἐπὶ τὰς ἄλπεις ὄρει ὃ καλεῖται ἀδούλας ὄρος κθ ς με Δ. Interpres ſic uertit. latus autem quod

,, ad ortum ſpectat a dicto fluuio terminatur

,, iuxta magnam Germaniā, cuius caput gra-

,, dus habet 29⅚. 46. Pars uero quæ iuxta fle-

,, xum Obrinci fluuij ad occaſum. 28 50.

,, Quod autē in monte eſt qui a fontibus dicti

,, fluuij ad alpes tenditur & Adulas mons ap-

,, pellatur 29½ 45¼. Mirari licet hominis inconſtantiā, qui ἐκτροπὴν hoc quidē loco in flexum uertit, alibi uero in ſciſſionem, ſed utrobique ignorantiſſime, nam flexus & ſciſſionis alia ſunt nomina ἐπιστροφὴ & σχίσμα ἐκτροπὴ autem dici poteſt diuertigium, ſiue diuerſio quæ quidem a flexu multifariam differt. Quum enim tam ἐκτροπὴ quā ἐπιστροφὴ in tractatu Geographico accipiatur pro ea parte fluminis ubi rectitudo fluxus amittitur hæc tamē lente incipiens deſinensq arcus ſpeciem præbere uidet, illa autem repente & ad angulum certum fieri ſolet. Flexus ubi nam incipiat haud ſtatim commonſtrabis, diuerſio autem ad punctum quaſi oſtenditur. in diuerſione præterea ſuam utraq pars fluminis rectitudinē ſeruare poteſt, quemadmodum duæ lineæ rectæ in puncto uno indirecte cohærentes angulū complectuntur. Flexus autē cuſtodire nequit ubiq rectitudinem quin curuatura adſit.

Quum igitur in flumine Obrinca nuſq appareat huiuſcemodi curuatura notabilis, & ſi qua eſſet eam procul ab alueo Rheni abeſſe oporteret. quonam modo igitur talis flexus indicare poterit eam Rheni partem quā Ptolemæus denotat, ubi ſcilicet amnem Obrincam Rhenus ipſe excipit. per diuertigium itaq Obrincæ nō flexum ea pars Rheni apte repræſentatur.

IN RHAETIA.

Inferius iterum τῆς ἐκτροπῆς uocabulū in ſciſſionē uertit, ubi Ptolomæus Rhetiæ terminos exponit, dicens. τῆς ῥαιτίας ἡ μὲν δυσμικὴ πλευρὰ, ὁρίζεται τῷ τε ἀδούλᾳ ὄρει καὶ τῇ μεταξὺ τῶν κεφαλῶν τοῦ τε ῥήνου καὶ τοῦ δανουβίου ποταμοῦ τῷ ἀπὸ τῆς πηγῆς μέχρι τῆς τοῦ αἴνου ποταμοῦ ἐκτροπῆς. Interpres. Latus

,, ſeptentrionale parte terminatur Danubij

,, quæ a fontibus eſt uſq ad Aeni fluuij ſciſſionem, hic ſciſſionem Aeno adſcribit eam quam ſuperius in deſcriptione Germaniæ Danubio attribuit, neutro eorum fluminū ullam habēte ſciſſionem in eo loco, niſi Aenum ſcindi exiſtimet ꝙ fluxus eius quodammodo euaneſcit. At

hoc non eſt ſcindi, ſed ut ita dicam truncari. ſciſſio enim fit partibus totius ſeparatis, ſed adhuc ſuperſtitibus. Præterea ſi hac ratione niteretur interpres cur non τὰς τῶν ποταμῶν ἐκβολὰς appellauit ſciſſiones? quando plæraq; flumina mari occurrentia, quaſi repente perdant tenorẽ curſus ſui, redundantia maris id efficiente. Sed ut de omnibus fluuijs minoribus idem quod de Aeno dicturus ſum intelligať. Aenus ipſe Danubio iam infuſus, fluxum ſuum non repente deſerit, non ſubſtantiã, neq; continuitatem perdit, ſed ripis proprijs deſertis, Danubij ripam alteram alluit, colore proprio aliquandiu ſeruato. Quod & in alio quodam amne ignobili, & eodem in Danubiũ labente e regione Aeni magis perſpici poteſt, quem noſtrates uocant Ilice um. Is enim aquã ſuam oleaceam atrumq; colorem Danubij ripam alterã nactus, longe & quaſi pertinaciter cuſtodit, nõ aliter ꝙ Orcus Theſſaliæ amnis referente Plynio tetricum ſuum colorem ſeruat Pæneo flumini iam infuſus. Præterea multa ſecundum Danubium offendimus diuertigia minorũ amnium, ac demũ in Pannonijs Myſijsq;, utpote Narabonis, Tibiſti, Cacarabonis, Cabri, Alutæ, Hieraſſi, quæ omnia uocabulo τῆς ἐκτροπῆς, id eſt, diuertigij non ſciſſionis ſignificantur, ſed ut diutius circa Danubium uerſemur, audiamus Interpretem in definitione Pannoniæ ſuperioris.

Pannonia ſuperior.

A ſeptẽtrione inquit terminatur monte præfato Norici, & parte Danubij quæ eſt a Cetio monte uſq; ad ſciſſionẽ Narabonis fluuij. Dicat que ſo quiſnam ſit mons ille Norici, qui una cum parte Danubij dicta Pannoniam a ſeptentrione determĩat? Profecto nullus eſt omnino mons huius definitionis particeps, niſi Cetium ipſum ſignificare uelit. At ille Pannoniã ab occaſu definit, ſicut & Noricum ab exortu. Quapropter Danubij ſolum, ea portio quæ a Cetio monte eſt uſq; diuertigium Narabonis Pannoniam a ſeptentrionibus determinat. Video tamen nõnullis quoq; græcorũ id peccatum impingi poſſe dicentibus ἀπὸ δὲ ἄρκτων, τῷ εἰρημένῳ ὄρει τοῦ νωρικοῦ καὶ τῷ τοῦ Δανουβίου μέρει τῷ ἀπὸ τοῦ κετίου ὄρους μέχρι τῆς κατὰ τὸν ναραβῶνα ποταμὸν ἐκτροπῆς. Porro Interpres non ſolum nomen τῆς ἐκτροπῆς in ſciſſionem uertit, ſed & uerbum ἐκτρέπεται in ſcinditur. Nam in deſcriptione Pannoniæ inferioris, ubi Ptolomęus dicit μέχρι τῆς τοῦ Δανουβίου καμπῆς καθ' ἣν ἐκτρέπεται ὁ σαούϊος ποταμός lacobus uſq; ad flexũ inquit Danubij iuxta quem ſcinditur Sanus fluuius. Itaq; ad hoc deductus eſt, ut hæc duo uerba græca ἐκτρέπεται & σχίζεται per idem latinũ, hoc eſt ſcinditur Imperite interpretetur, ꝙd plane apparet in principio σχισθεὶς. His Ptolemæi uerbis indicantibus τοῦ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τοῦ πρὸς δυσμὰς ἐκτεινομένου, ὃς διὰ τῶν δύο παννονιῶν ἐρχόμενος καὶ σχισθεὶς κατὰ καρρόδουνον πόλιν ὡς ἐπὶ τὸ κέτιον ὄρος. καλεῖται μὲν τὸ ἀρκτικώτερον μέρος καλεῖται σαυαρίας. κατὰ δὲ τὸ μεσημβρινώτερον Δαρος μ Δ ς με ςο. Vbi Interpres quod inquit,

,, iuxta flexum ad occaſum extenditur, & per
,, geminas Pannonias fluens ſcinditur in Car
,, roduno ciuitate uerſus montem Cetiũ iuxta
,, eius maxime ſeptentrionalia quæ uocantur
,, Sabaria, & uerſus meridiẽ Daros

Hic præterea uidere licet tergiuerſatoris inconſtantiã, nam quũ hoc occurreret uocabulũ τῆς ἐκτροπῆς pro quo ſolitus eſt ponere ſciſſionem, ſequereturq; paulo poſt participiũ, σχισθεὶς, quo proprie ſciſſionis paſſio ſignificatur, uerſipellis iſte pro nomine ἐκτροπὴν ſuppoſuit flexum, ne ſciſſione duplici expreſſa, tota dictio ſua cõfunderetur. quãuis ne hac quidem cautiuncula impunis euaſit, ſed alio uitio irretitus eſt ꝙ uocabulum τῆς ἐκτροπῆς in flexum uertit, iniuriãq; homini καμπῆς intulit, ſed quid tero diem in hiſce rebus grãmaticis? quin aliud ad rem magis attinens diſcutiendũ eſt facta prius altiuſcula quadã repetitione. Itaq; a Cetio monte, duo amnes quos ipſi uidimus decurrunt, quorũ alter quidem & borealior ab accolis hodie uocatur Murius, ſeu Murus, alter uero auſtralior Drauus. hic quippe a Ptolomæo Darus nuncupatur, ille autẽ Sauarias, hi amnes Ptolomæo referente ad Carrodunũ pannonæ ſuperioris ciuitatem coeuntes, unũq; ut aſſolet conficiũt fluuium qui hinc inferiorẽ quoq; Pannoniã permeans Danubio infundiť, apud ciuitatẽ Teutoburgiũ, in ſitu graduũ 44 $\frac{1}{3}$. Quũ ergo Ptolemæo deſcribenda foret ea Danubij portio quæ a ſeptentrionibus & ab exortu Panno niã inferiorem alluit, hanc præſentẽ Danubij partẽ denotauit per diuertigiũ dicti amnis Danubio infuſi, qui quidẽ ab eo diuertigio, quaſi contra fluxũ per duas Pãnonias extenſus in ſuperiori apud Carrodunũ ſcindi uidetur, in eos quos diximus duos amnes. At uerba Interpretis non partẽ Danubij deſcribendi repręſentant, ſed totũ quicquid id eſt quod ſcindiť ad Carrodunũ ciuitatem, hoc eſt totum fluuiũ, quaſi uero totus ille amnis ſitũ habeat in gradib. adnotatis 44 $\frac{1}{3}$ 45 $\frac{2}{3}$. Neq; hactenus peccati finis ꝗn inſinuat ſciſſionẽ fieri aduerſus Cetiũ montẽ, iuxta eius maxime ſeptentrionalia, quæ uocantur Sabaria, & uerſus meridiem Daros, Quaſi uero maxime ſeptentrionalia Cetij montis uocentẽ Sabaria, Mediana uero Daros. Pudet profecto diutius imorari tam turbulentę hoĩs ruditati, ne dicã barbariei, quanquã id quidã perperam dixiſſe uidebor pleriſq; oĩbus, gẽti noſtræ Germanicæ inuidẽtibus, ſed & infantiã exprobrantibus. Iſti quæſo animaduertant gentilem ſuũ, media natũ Italia, tam perplexe quã impie, ac ſi dicere licet parũ latine loquutũ. deſinãtq; poſthac noſtra mordere aut rõne nos coarguant, ſi modo hoĩes uideri uolunt. Sed redeo ad

Danubiũ, cuius partem ut diximus Pannoniæ inferiori allabentem Ptolemæus deſcribit, per diuertigia animũ ei coeuntiũ, & flexiones proprias, e quibus (tres autẽ ſunt) unam quæ ſcilicet ad Acumincũ ciuitatem eſt. Iacobus omiſit defectu forſitan exemplaris· uidimus enim ipſi quoq; exemplaria græca eadem inflexione carentia. Illud uero quod in deſcriptione Illyridis cõmiſit uenia indignũ utiq; fuerit. ſiue ſimilitu do nominũ cæcutientem Interpretem ſeduxit, ſiue exemplum quoq; mendoſum fuit.

ILLYRIS.

Verba Ptolemæi Illyridẽ ineuntis hæc ſunt. ἰλλυρὶς περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς δυσὶ παννονί-
,, αις, κατὰ τοὺς ἐκτεθειμένους ὄρους. Interpres Illy-
,, ris terminatur a ſeptentrionali plaga utraq;
,, Pannonia iuxta montes expoſitos, ſcilicet pro terminis montes ſuggeſſit, quadam noĩm ὄρους & ὄρη ſimilitudine abductus. Niſi forſitã in ex emplari ſic erat κατὰ τὰ ἐκτεθειμένα ὄρη, quod rite quis interpretaretur ſecundum expoſitos mon tes. At Illyris ipſa a duabus Pannonijs, non in totũ montibus diſterminatur, ſed cum ſuperiori tantũmodo cõmunes habet montes Albanos & Bebios, Bebijs utiq; in Pannonia ſuperiori fere deficientibus, unde per lineam ad diuertigi um Saui porrectam, limes cõmunis Illyridi ac Pannoniæ inferiori accipitur. Minus autẽ mirum uidebitur Interpretem aberraſſe in alienis prouincijs definiendis, ſi circa Italiam ſuam negligentia ſua deprehendetur.

ITALIA.

,, Nam in ea definienda. A ſeptentrione in-
,, quit terminatur Alpium iugis quæ Rhætiæ
,, iminent præterea Pœnis & Caruſadio mon
,, te qui ſub Norico eſt, quorum gradus dicti
,, ſunt præter hæc littore Adriatici ſinus a Ti-
,, lanem profluuio Garganũ montem & Hy-
,, druntũ uſq; A meridie littore Adriatici pe-
,, lagi a Lanampo fluuio uſq; ad Illyricam me tam. Italiæ latus orientale nullum exponit, ſed ſeptentrionale ad Hydruntẽ falſo extẽdit. nam ad Garganũ montem ſolũmodo euadit. Maritima aũt Adriatici a Gargano monte uſq; Hydruntẽ eſt pro parte lateris orientalis, quandoquidẽ Italia ab exortu definitur Illyride, ac maritima Adriatici a Gargano monte uſq; ad Hy druntẽ· Sic duplicia latera in unũ confundit Interpres, nomine etiã lateris oriẽtalis ſuppreſſo. Quod peccatũ librario forſitan cæcutienti imputandũ foret, ſi non primũ exemplar latinum ab eo editũ, hiſce oculis uidiſſemus, ac preterea quotquot uidimus græcos Codices in eodem quoque loco deficere notaſſemus. Porro ſi ad grãmaticales licet deſcendere minutias, quis nõ ridebit hominis ignauiã, nomina fingẽtis haud quaquam legitima. Ciuitas quæ in Calabria eſt quæ a Ptolemæo quidem uocatur ὕδρους ab Interprete autem Hydra. Item in Apulis Daunijs σίπους ab hoc nuncupatur Sipa. At quanto rectius dixiſſet Hydruns et Sipuns, ut genitiui ca ſus deflecterentur Hydruntis & Sipuntis, ſicut apud Græcos ὑδροῦντος & σιποῦντος iuxta talem quippe formulã inuenimus Hiericuntem Trapeçuntẽ, quando & horũ recti apud Græcos ſunt ἱερικοῦς & τραπεζοῦς. Ad hæc ipſe quoq; in definitione Siciliȩ Inſulæ dicit, Selenũtis fluuij oſtia, rectius quidem quũ apud Ptolemȩum legamus σελινοῦντος ποταμοῦ ἐκβολαί. ipſe quidẽ fluuius nominaẽ σελινοῦς· pro quo iuxta Interpretis formulã poneretur utiq; Selena ac demũ Selenæ fluuij oſtia. Quod ſi huiuſcemodi termina tio recti nimis aſpera uidebatur, cur non dixit Hydruntũ, Sipuntum, quemadmodum Taren tum, Agrigentũ, quum ſimilis prope ſit omniũ horũ declinatio. Quid quod pari ignoratione, ſed magis deridicula, uicinos etiam ſuos non Gallos Boios, ſed Gallos boues appellauit: uerba
,, enim eius ſunt Gallorũ Boum ſimiliter· An
,, quia bobus eos comparauit, an quod ubi Ptolemæus dixit, βοίων γαλλῶν ὁμοίας. ipſe cecutiens legit· βοῶν γαλλῶν ὁμοίως. Quod quidem facilius crediderim. quãdo & paulo inferius eodem luto hæſitaſſe uidetur. Vbi enim Author circuita iam prope uniuerſa Italia dicit νέσακτον τέλος ἰταλίας. Interpretis uerba ſunt. Nouiſſimus finis Italiæ. Ptolemæus quidem Neſactũ ciuitatem uidelicet finem· Italiæ ſignificauit non νέατον τέλος ἰταλίας duobus reiectis elementis, ſicuti iſti uiſum eſt. Ne aũt id peccatum in nos re flecti poſſe uideaẽ, ut qui νέσακτον pro νέατον legerimus, teſtes noſtræ emẽdationis citabimus numeros his duobus locis aſcriptos, Occidentalis nanq; Illyridis terminus ad ſinum Adriati cum, id eſt Orientalis Iſtriæ quã & Italiȩ adſcri bit Ptolemæus habet gradũs 36 $\frac{1}{2}$.44 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Lo cus autẽ de quo in præſentia ambigiẽ habet 36 $\frac{1}{4}$. 44 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. eſt ergo locus ille citra initiũ Illy ridis in ipſa ſcilicet Iſtria & non nouiſſimus Ita liæ finis. Neq; diffitemur numeros per totũ opus Ptolemæi geographicum corruptioni plu rimũ eſſe obnoxios, idcirco enim partius eis uti mur, ſiue confirmandũ quicquã fuerit ſiue refellendum. Quod ſi paulo curioſius inſpiciaẽ ſin guli, quos Interpres edidit, ineffabilis pene diſcrepãtia plurimos coarguet, quippe qui aliqua locorũ expoſitorum ad alienas transferent pro uincias, ne dicã gentes, quoniã hoc crebro accidit, nonnunquã uero mediterraneas urbes in al to ſiſtent pelago. Itaq; in adnotatione numero rum uenia danda eſt ob procliuem peccandi oc caſionẽ, non ſic in nominibus locorum, præſer tim ad manum aſſiſtente monitore, qui quo mi nus peccetur urgere etiam poſſit.

SARDINIA.

Quis quæſo id uenia dignũ arbitrabitur quod
,, apud Interpretem Orientale latus Sardiniæ
,, Inſulæ deſcribentẽ hæc uerba ſunt Carados

ciuitas & iugũ, adnotatiſq; ut aſſolet numeris
ſequit̃ Carallitanus ſinus. Tanto ſtupore eſt ut
Carallim inſignẽ Sardunæ ciuitatem nomiare
neſciat, ſinu cognomini Carallitano propemo-
dum urgente, quãdo & ipſe oẽs pene præfert li
teras quibus Carallis conſtat. Non multo igno
ſcentius antea dixit, Socleportus quũ Solci di-
cere debuit. Solcitanis Sardiniæ populis qui ſu
per hoc portu ſunt cõmonefacientib. Curioſi-
or aũt fuit circa inſulã Sardiniæ adiacentẽ, quæ
ab eo uocatur Molibodes ſeu plumbea inſula,
a Ptolemæo uero μολιβώδης νῆσος. ſiqdem μόλιβ-
δος græce plumbũ ſignificat, unde per legitti-
mam formulã μολιβώδης. i. plumbeus aut plũbea
non μολιβδώδης deriuatur. Nos aũt his atq; aliȷs
minutȷs paſſim p̃teritis ad Sarmatas uſq; trans

SARMATIA. (ibimus.

Hic Interpres ipſe iniquo ſaltu a fluuȷs Sar-
matiæ Europę populos adorit̃ inſalutatos mul
to aliter quã Ptolemæus his uerbis enarrat. ὁ δὲ
ἀξιάκης ποταμὸς καὶ αὐτὸς διαιρεῖ τὴν σαρματίαν μι-
κρὸν ὑπὲρ τὴν δακίαν μέχρι τοῦ καρπάτου ὄρους. κατέχει δὲ
τὴν σαρματίαν ἔθνη μέγιστα, οἵ τε οὐενέδαι παρ᾽ ὅλον τὸν
οὐενεδικὸν κόλπον καὶ ὑπὲρ τὴν δακίαν πευκῖνοί τε καὶ βα-
στέρναι. καὶ παρ᾽ ὅλην τὴν πλευρὰν τῆς μαιώτιδος ἰάζυγες.
,, Interpres Axiaces uero inquit, fluuius Sar-
,, matiã diuidit & paulũ ſupra Daciã Pecini &
Baſtarnæ & per totã Mæotim Iaçyges. Vene-
das populos Venedicũ accolentes ſinũ præter-
mittit in totũ, duobus & amplius uerſib. negle-
ctis, qbus & græca quædã carent exẽplaria. Ve-
rum hoc non dixerim excuſandi erroris cauſa.
Quis eñ tam ſtupidus eſt ut nõ deprehendat hi
ſtoriam interciſam eſſe? quũ nec plena Axiacis
fluuȷ exponat̃ habitudo. neq; incolarũ pro mo
re Ptolemæi iuſtũ fiat exordiũ. Sed quũ in hiſto
ria Ptolemæi bis ſit ὑπὲρ τὴν δακίαν librarius o-
culo uago medȷs p̃teritis uerſibus, ex ſecundo
concinnationẽ fecit. Tale exemplar truncũ na-
ctus eſt, ni fallor Interpres, nõ tam ſententiæ in
cumbens, quã fortuito ac fallaci uerborũ filo ſe
ductus. Non minus impite inferius quoq; Reu
,, canalos & Exobygitas ſtatuit poſt Roxola-
nos. i. ab exortu eorũ: quũ ſint ad occaſum inter
Hamaxobios. ſ. & Roxolanos. Et paulopoſt. et
,, ſub Idȷs inquit, montibus Amadoci & Na-
uari, ubi Ptolemæus habet καὶ ὑπὸ τὰ ἴδια ὄρη ἀμα-
δόκοι καὶ ναύαροι. Oſtendat quæſo homo iſte mon-
ſtrificus Idios montes in hac Sarmatia, & fatebi
mur eũ acutius Ptolemæo uidiſſe. O inſulſum
ac puerilẽ interpretẽ, imo uerius Lethargicũ,
qui nõ meminit ſupius Amadocas montes eſſe
expoſitos, ſub qbus tanq; proprȷs, aut cogno-
minibus, Ptolemæo referente, Amodoci po-
puli habitant. Iſte uero bonus uir, montes ipſos
proprio nomine Idios uocari autumat. hinc au
tem ad Iaçygas Metanaſtas tranſeamus, quos
Interpres ad hunc modum definit.

IAZYGES.

,, Iaçyges inquit, Metanaſtæ terminos habent
,, a Septentrione parte Sarmatiæ in Europa di
,, cta ab auſtro eam partẽ quæ eſt Sarmatico-
,, rum montiũ uſq; ad montẽ Carpatũ, Ab oc
caſu & meridie præfatã Germaniæ partẽ a Sar
maticis montibus ad Carpaten. ſ. Danubȷ flu-
uȷ uſq; ad ſciſſionẽ Tibiſci amnis qui ad arctũ
fluit. Ne expectes o Lector notationẽ noſtram
quæ fieri poſſet circa Carpatũ montẽ, aut ſciſſi
onem Tibiſci amnis, Danubio cocũtis, quãuis
Carpaten aut Carpatem ſcd'm terminationẽ oi-
no latinã dicere debuit, ſed hoc potius te roga-
mus, quid hoc ſit a Sarmaticis inqt montib. ad
Carpatũ Danubȷ uſq; ſciſſionẽ Tibiſci? Ta-
ces? Quod igit̃ monſtrũ dictionis, hoc eſt? An
ex induſtria his uerborũ inuolucris Lectorem
pendulũ ludificari uoluit? an Ptolemeũ non in
tellexit ſic dicentẽ. ἰάζυγες οἱ μετανάσται ὁρίζονται ἀπὸ
μὲν ἄρκτων σαρματίας τῆς ἐν εὐρώπῃ τῷ εἰρημένῳ μέρει
ἀπὸ τοῦ νοτίου τῶν σαρματικῶν ὀρέων πέρατος, ἕως τοῦ καρπά-
του ὄρους ἀπὸ δὲ δύσεως καὶ μεσημβρίας τῷ τε εἰρημένῳ
μέρει τῆς γερμανίας τῷ ἀπὸ τῶν σαρματικῶν ὀρέων ἐπὶ τὴν
κατὰ κάρπιν τοῦ δανουβίου ἐπιστροφήν. καὶ τῷ ἐντεῦθεν μέρει
τοῦ δανουβίου ποταμοῦ, τῷ μέχρι τῆς ἐκτροπῆς τιβίσκου τοῦ
ποταμοῦ, ὅς ἐπιφέρεται πρὸς ἄρκτους. Hoc eſt Iaçyges
,, Metanaſtæ terminant̃ a ſeptentrionibus di-
,, cta parte Sarmatiæ Europeæ ab auſtrali fi-
,, ne Sarmaticorũ montium uſq; ad Carpatẽ
,, montẽ. Ab occaſu aũt & meridie dicta Ger-
,, maniæ parte. ſ. a Sarmaticis montibus uſq;
,, flexum Danubȷ iuxta Carpim & parte quę
,, hinc eſt Danubȷ fluminis uſq; diuertigium
,, Tibiſci amnis ad ſeptentriones uergentis.
Hac noſtra traductione perlecta facile quiſpiã
Interpretis nebulas diſcutiet. Nihil quippe eſt
dicere ad Carpatẽ Danubȷ, Sed iuxta Carpim
ciuitatẽ Pannoniæ inferioris, Danubius ad me
ridiem flectit̃. Quem locũ Ptolemæus in p̃ſenti
definitione ſignificauit. Neq; tñ diſſimulo me
uidiſſe exẽplaria per q; uetera, hoc in loco cor-
rupta, quorũ alia quidẽ habent ἐπὶ τὴν καρπάτην
τοῦ δανουβίου ποταμοῦ ἐπιστροφήν: alia aũt ἐπὶ τὴν καρ-
πάτην τοῦ δανουβίου ποταμοῦ, τῷ μέχρι τῆς ἐκτροπῆς. &

DACIA. (reliqua.

Porro Daciæ quoq; definitionẽ haud diſſi-
mili errore cõtaminat. A meridie inquit Danu
biũ uſq; a ſciſſione Tibiſci fluuȷ uſq; ad Axiũ
ciuitatẽ, ubi Ptolemæus. ἀπὸ δὲ μεσημβρίας μέρει τοῦ
δανουβίου ποταμοῦ τῷ ἀπὸ τῆς ἐκτροπῆς τοῦ τιβίσκου ποτα-
,, μοῦ μέχρι ἀξιουπόλεως. Hoc eſt A meridie autẽ
,, parte Danubȷ fluminis a diuertigio Tibi-
,, ſci amnis uſq; ad Axiupolim. At Interpres
,, corrupto exẽplari nixus, uſq; Danubiũ di-
cit, pro parte Danubȷ, erat enim in exemplari
μέχρι, id eſt uſq; pro μέρει, hoc eſt parte. Ac ipſi
quidem uidimus in pleriſq; hanc mendã. Cor-
rumpit deinde nomen Alutæ fluuȷ quẽ uocat
Alutatũ, articulũ. ſ. nomini pprio amnis inſcite
cõnectens, Eſt eñ in græco ἀλούτα τοῦ ποταμοῦ.

MYSIA.

Simili errore detinetur in enarratione popu-
,, lorum Myſiæ inferiori adſcriptorũ. Littora
,, autẽ inquit, ab oſtio Iſtri maxime ſeptentri
,, onali, uſq; ad oſtia Boryſthenis fluuij & in-
,, teriorem regionẽ uſq; ad Hieraſſum amnẽ
,, incolã Alpij quidem ſub Tyragontas Hor-
matas. Nam quid nominis hoc eſt? Conſtat aũt Arpios illos eſſe ſitos ſub Sarmatis qui Tyrangitæ appellantur. Itaq; dicendum erat ſub Tyrangitis Sarmatis. Neq; græca omnia exemplaria ab hoc uitio ſunt aliena, uidi equidẽ in quibuſdam ὑπὸ τοὺς τυραγγότας ὡρμάτας. Adeo obnoxia eſt deprauationi hæc geographica diſciplina, ut non modo ignotæ gentes ſuis frauden tur nominibus, uerũ etiam Aegeum pelagus celebratiſſimũ, haud debito appelleť cognomento. In definitione enim Thraciæ Interpres hæc (profert.

THRACIA.

,, A meridie inquit parte Macedoniæ a præ
,, fato ſcilicet fine uſque ad Neſſi fluuij oſtia
per Pancæum pelagus. Nam ubi quæſo bone uir eſt hoc Pancæum pelagus, niſi forte oſtendere uelis in exẽplari corrupto διὰ τοῦ παγκαίου πελάγους, quem locũ uiciatum & ipſe in quibus dam uidi. At tu nõ prius fidere exemplari, neq; interpretationẽ adgredi debebas, quã ſingula quomodo conſtarent diligentiſſime exploraſſes. Quod aũt in deſcriptione Cherſoneſi com miſiſti, librario græco haudquaquã imputare (poteris.

CHERSONeſus.

Vbi enim Ptolemæus dicit καὶ τὸ ἐχόμενον ἄκρον, hoc eſt & adhærens promontoriũ, tu ſcripſiſti. & Echomeniũ promontoriũ, quaſi uero Echomeniũ ſit propriũ nomen huius ꝓmon (torij.

MACEDONIA.

Rurſum in deſcriptiõe Macedoniæ Axium fluuiũ a Teſardo monte deducit, qui nuſquam ſed Scardus eſt, in confini Dalmatiæ & Myſiæ ſuperioris Macedoniæ, unde deriuatur amnis ille. Aliacmon præterea fluuius ab eo perperã nominatur Alicmon. Sic & Deſſaretios appellat populos, qui deparetij dicuntur.

ACHAIA.

In Achaia non exponit Helicona montẽ muſis ſacrum, neq; Hymetũ montem, ſequutus ut arbitror defectũ exemplaris, qualem & nos in quibuſdã græcis deprehendimus. & quod multo fœdius eſt Amphiſſam ciuitatẽ Locrorum Oçolorũ non habet, nec Throniũ Locrorum Epicnemidum. Sed Pythiam, Delphos, Daulidem, reliquasq; Phocidis mediterraneas, in Locris Oçolis ſtatuit, quemadmodum & in græco quodam uetuſto ipſi uidimus.

EVBOEA.

Deinde promontoriũ Eubœæ quod nuncupatur Leon ab eo dicitur Leonacra quamuis in græco ſit λέων ἄκρα diſtinctis accentibus. In inſula Thera eſt ciuitas Oea quæ ab ipſo diciť Ceœa, cõnexis uerum diuerſis partibus orationis καὶ οἶα. Et quũ ad has deſcendimus minutias, id quoq; indicandũ eſt. ꝙ tria nomina ciuitatũ Siphni inſulæ, in um exire fecit, quũ apud Ptolemæum genitiui exponantur caſibus σερίφου φιλοκάνδρου σικίνου. pro quibus Interpres dicit Seriphum Philocandrum Sicinum nulla ratione id poſtulante.

PELOPONESVS.

In Peloponeſo Elis ab eo uocatur, & prouincia, & ciuitas, quũ prouincia potius Elia dicatur, et ciuitas eius Elis. & in ſinu Saronico dicit, poſt hanc Cherſoneſus, ſcilicet nomen Cherſoneſi, quod eſt μεθώνη in præpoſitionem μετὰ & pronomen ἥν inſcitæ reſoluẽs quaſi Ptolemæus dixerit μεθ᾽ ἣν ἡ χερσόνησος, qui tamẽ non ſolet in ſerie locorũ interponere ſignificationem ordinis, niſi regio aut tractus mutetur.

CRETA.

Rectius deinde in Creta dixit Leon ꝓmontorium quã in Achaia iunctis nominibus Leonacra. Sed ubi apud pleroſq; uetuſtos eſt ἱεράπετρα uno accentu, hoc eſt Ierapetra, hic noſter diuiſim poſuit. Hiera Pytna. Contra uero ubi eſt ἴτανος πόλις apud Ptolemæum ab eo ſcribitur Itanoſpolis. Sic & inferius quũ ſit Ciſanius ciuitas, ipſe fecit Ciſamus oppidum. hoc autem tolerabilius eſt, quam ciuitates quaſdam omnino reticere. Gnoſſus enim illa clariſſima, & Lyctus apud eum non apparent. Hactenus Europam percurrimus, non quidem ſingula quæq; minuta notantes, ſed paſſim quodammodo ſi quid ineptum uidebatur indicantes. Nunc uero ad Libyæ tranſimus initium, Mauritaniam nempe Tingitanam.

MAVritania TINgitana.

In huius definitione hæc leguntˉ uerba Inter
,, pretis Mauritaniæ Tinganicæ latus quod
,, occaſum ſpectat terminatur uſque exterius
,, mare quẽ occeanum occidẽtalem uocamus.
,, Occeano quod a freto incipit herculeo uſq;
,, montem maioris Atlantis iuxta deſcriptio-
nem hanc. Q; quidem Tinganicam uocat quæ rectius Tingitana dicitur, ſecundũ formam legittimã, id parum fuerit, Q; aũt præpoſitionẽ uſq; pro ablatiuo caſu parte poſuit, hoc profecto ſententiã interturbat hiſtoriæ, ac interpretis damnoſam ſecuritatem indicat, quippe qui non animaduertit in græco exemplari mendoſo μέχρι ſcriptum eſſe pro μέρει, quemadmodũ in alijs quoq; locis oſtenſum eſt. Itaq; ubi dicit Iacobus terminatur uſque exterius mare dicendum erat terminatur parte externi maris &c̃. in græco enim eſſe debuit μέρει τῆς ἐκτὸς θαλάσσης. In enumeratione aũt gentium prætermiſit Macanitas, Verues, Volos, Bilianos, Eangancanos, atq; Nectiberes. montes aũt Tingitane adgreſ-
,, ſus hæc profert. Et Phocia inquit, mons ex
,, tenſus a minori Atlante ad Ryſadirum pro-

montoriũ,quod eſt in littore. Et Durdus quo-
rum occidentaliora gradus habent 10.29 $\frac{1}{2}$.&
15.29 $\frac{1}{2}$. Ryſſadirũ non eſt promontoriũ ut iſte
autumat, ſed ſitum inter duo promontoria, Se-
ſtiariam & Metagonitem, ad hæc Ryſſadirũ eſt
ad littus maris iterni, quo ſcilicet Phocra mons
nequaquã extenditur, ſed ad Vſſadiũ promon
toriũ extenditur, quod ſpectat Occeanũ Atlan
ticũ. Subdit & Durdus mons, quaſi uero Dur-
dus ſit in Tingitana totus, quũ ne tertia qdem
pars eius plene ſit in ea, Ptolemæo dicente καὶ τ
Δούρδου τὰ δυτικώτερα ὧν θέσις καὶ τὰ λοιπά. Iſte au
tem dixit quorũ inquit occidentaliora gradus
ſunt &c. Incertũ eſt ad quid referat pronomen
quorum, nam ſi ad ambos montes Phocram &
Durdum, errat quum Phocra mons iam ſit de-
finitus, ad Atlantẽ minorem & Vſſadium pro
montorium. Si uero ad occidentaliora Durdi;
quãuis uerba id non præferant, cur quæſo ad-
ſcribit duos numeros? quorũ poſterior ad ori-
entaliora Durdi attinet, queadmodũ in ſequen
ti Mauritania Cæſarienſi aperietur. Porro &
montẽ Diur appellat Diorũ contra oẽm rõnẽ.

MAVRITANIA Cæſarienſis.

Hanc ingrediẽtes Sigam fluuiũ a Ptolemæo
deſignatũ non offendimus in traductione Iaco
bi. Quin & ciuitas quæ uocatur Iulia Cæſarea
ab eo inſcribitur Iol Cæſarea, quemadmodum
in primo etiam libro, capite quintodecimo, &
in octauo ſcilicet in prima tabula Libyę, quũ in
fine huius Mauritaniæ Cæſarienſis ab eo ipſo
nuncupetur Iulia Cæſarea, ſicut & inſula ei ad-
iacens. Quã nomenclaturę inconſtantiã in græ
cis æque deprehendimus, adeo nemo fere eſt
qui mendoſa excribrare curet exemplaria. Hoc
autem parum eſt præ eo, ꝙ in montibus huius
Cæſarienſis deprehenditur. Nam Garam &
Valuam, & Buçaram, montes haud incelebres
omnino prætermittit Iacobus. Enabaſos demũ
populos qui ſupra Cinnabã montem ſunt, ſta-
tuit ipſe ſub eo monte, atꝙ idcirco ad Libyam
uſꝙ internam detrudit, tametſi mons ille in con
fini Cæſarienſis & Libyæ internæ ſitus ſit. Rur
ſum quũ Toducæ populi iuxta fontes Ampſa-
gæ fluuij degant, eos iſte uocat Todos, de qui-
„ bus hæc incompoſita profert uerba, Poſt in
„ quit Todi & apud fontes Ampſagæ fluuij,
in græco quidem ſano erat τοδοῦκαι cuius no-
minis poſtremã ſyllabam pro coniũctione καὶ
accepit. Contra uero in Catalogo ciuitatũ ubi
Ptolemæus habet οὐίλλα κώμη iſte coniũctis no-
minibus unum facit uillacoma. Et paulo ante fi
nem catalogi ciuitatum Africæ dicit, Neapolis
quæ & Leptis media. Quũ autem Leptis parua
ante hac ſit expoſita, oſtendat quæſo reliquam
extremam, ſi non monſtra aut mendacia fingit.
Deinde gentes enumerans. Tenent autem in-
quit occidentalia Africæ uſꝙ ad mare Cirten-
ſij Cannabathræ, ubi Ptolemæus κιρτήσιοι καὶ
ναβάθραι. Interpres autem ex coniunctione καὶ
& nomine populorum ναβάθραι unum fecit no
men καναβάθραι. Sed miſſas faciamus huiuſce-
modi minutias, definitiõem Cyrenaicæ quam
Iacobus Interpretatur audituri.

CYRENAICA.

„ Cyrenaica inquit prouincia limites habet
„ ab occaſu Syrtim magnam & Afros iuxta
„ lineam quæ a Phileniaris uerſus meridiem
„ pertinet uſꝙ finem cuius gradus 45 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ 29.
Hunc eundem numerum uidere licet ſuperius
Phileniaris adſcriptum quare ſi numeris fiden
dum eſt, Cyrenaicæ latus occidentale, quod re
uera quatuor gradus per latitudinẽ complecti-
tur, non excedet dimidiũ gradum, & id quidem
in eodem parallelo, quando numerus latitudi-
nis utrobiꝙ idem eſt. Septentrionale latus autẽ
producit a receſſu Syrtis magnæ, uſꝙ Dardani
dem ciuitatem, Dardanidẽ quidem uocat, quæ
in libro quodã uetuſto ac tabulis exactiſſimis
legitur Δαρνίς, hoc eſt Darnis duabus ſyllabis.
Apud eum quoꝙ in deſcriptiõe maritimę Dar
nis ſed poſt Zephyrium promontoriũ, nec ta-
men ideo abſtinet ab incongrua declinatione,
quin ſecundo dein uerſu Dardanidem uocat,
„ Ab ortu inquit, Solis fines habet Marmari-
„ cæ partẽ iuxta extenſam lineam a Dardani-
„ de uerſus Auſtrum, Puerilis nimium eſt hæc
traducendi ſecuritas; imo potius inconſtantia.
Nec tamen ſtatutum eſt omnes introſpicere an
gulos, quanquã neſcio quid nominis offendi-
tur in tertio uerſu numerorum, Hyphaloe ori-
nus, id eſt maritimæ ſtatiões. Item in tertio poſt
hunc Heraclea, ſcilicet tanquã ciuitas quum in
græco ſit ἡρακλέους πυργός, id eſt Herculis tur-
ris. Iam uero montes exponens hæc uerba pro
fert, habet autem inquit prouincia montes Her
culis Cænas appellatos. Ptolemæus uero ἔχει δὲ
ἡ ἐπαρχία ὄρη τε τὰ καλούμενα ἡράκλειους θῖνας. Quũ
autem ἡ θίνη καὶ θίνα ac etiam θοίνη conuiuium
ſignificat uel cænam & θὶς aut θὶν θινὸς hare-
næ cumulum, cur quæſo potius dixit Herculis
Cænas, quam Herculis harenas? An quia Her
culem poma Heſperidum hortis ablata, in illis
montibus cænitaſſe ſomniauit. An quia magis
decet uirorum fortium monumenta a uolupta
tum materia, quam luctationum inſtrumentis
aut locis denominari? Ad hæc cur in deſcripti-
one Marmaricæ & Aegypti, montem qui uoca
tur θινώδες ὄρος non uocauit Cænaticum mon
tem, ſed Harenoſum potius, quum ille quoque
ab eodem uocabulo uariæ ſignificationis co-
gnomentum accipiat. Reliquos autem montes
Velpos & Becolicum ac paludes maritimos, &
eum qui a Lachone diuertit fluuio in totũ ſilet.

MARMARICA.

In Marmarica poſt ora Nili dicit Gerrono-
rium, ubi græcum eſt γέῤῥον ὅριον, ac mox dein-
de Ergina Strobonidis palus, quod uere mon

ſtrum uidetur ni quiſpiam Aedipodis acumen
habeat ut ænigmata ſoluat. Ptolemæum equi-
dem intelligo dicentem ἔκρηγμα σιρβωνίδος λίμ-
νης, hoc eſt eruptio Sirbonidis paludis. Sic infe
rius quoque in enarratione populorũ ac particu
lariũ locorum Marmaricæ, græca dimittit inta-
cta, præterquam quod elementis latinis ea figurat,
apud eum nanque eſt Diammos, & Abrochos re
gio, hoc tamen tolerabilius paulo eſt quã quod
de Sirbonide palude dixit, quanquã ne hic qui
dem proprietas eius regionis latino lectori ex-
plicetur, ad quod maxime inſpicere debet Geo
graphus. Itaque a Ptolemæo uocatur Δίαμμος καὶ
ἄβροχος χώρα, hoc eſt Harenoſa & ſicca regio.
Qua breui appellatiõe multa eius regionis paſ
ſio inſinuatur. Ad quod reſpexiſſe uidetur Inter-
pres in præfectura Libyæ ubi dicit Catabathos
paruus uel profunditas, ſed longe a Ptolemæo
aberrat nullã profunditatis ſignificationẽ præ
ferente quando dicit καταβαθμὸς μικρός, hoc eſt
ſi quomodocunque latine dicere uolumus De-
ſcenſus paruus.

NILVS.

Poſtea in deſcriptiõe Nili fluuij hæc profert.
„ Iuxta autẽ inquit magnũ Delta educitur ab
„ Agatho Damone fluuio ad Septentrionem
„ prior qui uocatur Phermutiacus fluuius qui
„ fluit per oſtium Sebennyticum eiusque dedu
„ ctio gradus habet 61 $\frac{1}{2}$.30 $\frac{1}{4}$. Deinde ſecun
„ dus amnis Taly nomine qui exit per oſtium
„ Bolbitinũ, & ipſius Taly deductio gradus
„ habet 61. 30. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. unde ambo flumina iuxta
„ ferme eundẽ littoris parallelũ iungunt Pher
„ mutiacũ & Athribiticum & Buſiricũ & Bu
baſticũ amnes. Quænã obſecro ſunt illa ambo
flumina quæ a deductione Taly fluuij iungunt
quatuor dicta flumina Phermutiacũ ſcilicet, &
Athribiticũ & reliqua? Non quidem duo præ
dicta, ſcilicet Phermuthiacũ & Taly, quũ ea ef-
fluũt in mare Aegyptiacum per ſua oſtia Ptole
mæus aũt nominat alterũ ſic dicens ὅθεν ὅτε βου-
τικὸς ποταμὸς καὶ ὁ ἐφεξῆς κατὰ παράλληλον πῶς τῇ παρα
λίῳ θέσει ἐπιζευγνύουσι τόν τε φερμουθιακὸν καὶ ἀθρι-
βιτικὸν τε βουσιρικὸν καὶ βουβαστικὸν, hoc eſt un-
„ de & Buticum flumen, & quod deinde eſt
„ per æqui diſtantem quodammodo mariti-
„ mæ poſituræ coniũgunt Phermutiacum, &
„ Athribiticũ, ac Buſiricum, atque Bubaſticũ.
Nonnulla aũt exemplaria pro Butico flumine
habent Bubaſticũ quo errore adductus iſte, ne
Bubaſticum a Bono Dæmone fluento, iuxta
Taly flumen deriuari, ac reliqua flumina & ſe
ipſum coniũgere affirmaret, obticuit nomen,
& dixit ambo flumina, adeo imperite ac ſubdo
le, ut ſi quis fidẽ ei habeat, ſuſpicari poſſit Pto-
lemæum Nili accolam non ſatis exploraſſe Ni
li habitudinem. Quod ſi ita eſſet longe minus
cum alia flumina & loca quæcunque ab Alexan-
dria plus remota potuiſſe deſcribere. Si falſa
eſt hæc noſtra de Interprete ſuſpicio, prodeat
quiſquis eum defenſurus, ac dicat quæ ſint illa
ambo flumina? aut quod inferius apparet cur
Tanam ciuitatem in Zoitide præfectura, aut
Nomo poſuerit, quum ſit in ea quæ appellatur
Phthegmuti, cur item Sebennytum, in Mende
ſia ſtatuit præfectura, quum ſit in Sebennyti-
de, cui & appellationem dicta indidit ciuitas.
Quumque in Leontopolitide ſit λεοντόπολις qui
non dixit Leonum ciuitas, ſicut ſuperius uiro-
rum ciuitas. ſed Leonton eam nominauit. Et in
his quidem dictio ipſa nullam habet culpam.
Quæ uero inferius legũtur authoris uerba am
biguitatem imperito ſuggerere poſſunt. τὰ δὲ
μεσημβρινώτερα τοῦ μεγάλου Δέλτα καὶ τῆς κάτω
„ χώρας, καλεῖται ἑπτάνομοι, hoc eſt. Quæ autẽ
„ magno Delta ac inferiori regione auſtralio-
„ ra ſunt, uocantur Heptanomi. Iacobus ue-
„ ro ita uertit Auſtraliora autẽ inquit magni
„ Delta & inferioris regionis Heptanomi di-
„ cuntur. Quaſi uero hi Heptanomi ſint pars
magni Delta, qui tamen ſint extra ipſum, ad me
ridiem uerſi. Inferius denique hæc eius ſunt uer-
ba. Conueniunt autem inquit, fluuij, qui inſu-
lam faciunt iuxta ſitum 62. 28 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Interiectis-
que paucis. Poſtea inquit ſimiliter Nonius Cy
nopolites & Metropolis ab occaſu fluuij uilla
Cynopolita 61. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. 28 $\frac{2}{3}$. Cui opponitur Inſu
la Cynos uel Canis ciuitas 62. $\frac{1}{6}$. 28 $\frac{1}{3}$. Quo-
modo quæſo hæc Canis ciuitas eſt in inſula Ni
li, quũ ſit auſtralior initio inſulæ? An fortaſſe
Nilus ad meridiem refluit? An tabulæ Græco
rum damnandæ ſunt, in quibus Canum ciuitas
ab exortu Nili extra inſulã ſita cernitur? Quid
quod dicit Lycon ciuitas? & non luporum ci-
uitas, ſicut canum ciuitas, quum inferius dicat
Panton, hoc eſt omnium ciuitas, & quidem er-
ronee. Nam in græco non eſt πάντων πόλις, ſed
πανῶν πόλις, hoc eſt Panum ciuitas. Ipſe etiam
Nonius non Pantopolites ab eo dicitur, ſed Pa
nopolites quo cognomento nimirum excitari
debuit, ut Panum, non Panton ciuitatem uoca
ret. Quumque pene in omnibus græcis ſit καινὴ
πόλις, id eſt Noua ciuitas, hæc ab eo uocatur
Cena, uel Vacua ciuitas. Ne autẽ minutijs hu-
iuſcemodi grammaticis iuſto diutius detinea-
mur ad Libyam internam tranſeamus, in cuius
definitione hæc Interpretis uerba leguntur.

LIBYA INTERIOR.

„ A meridie inquit interiori Aethiopia, in
„ qua Agiſymba eſt regio, iuxta lineam quæ
„ a prædicto fine uſque limitem Heſperium
„ magnum ſinum nuncupatum interioris pe-
„ lagi protenditur. Ptolemæus quidem, latus
meridianum Libyæ internæ, terminat, ad ſeceſ
ſum ſinus Heſperij externi maris, iſte uero nul
lam receſſus mentionem facit. Deinde ſinum
ipſum interioris pelagi eſſe ſignificat, quod o-
mnino a ueritate abeſt. In hac Libya mons eſt

Mandrus nonime, quem Iacobus inſcite vocat
Temandrũ, adnexa ſcilicet cõiunctione græca
π ſicuti alias ſolet facere. In græco enim eſt τ̃, π
μάνδρον ὄρ☉. Stachir autẽ amnis ab eo nuncu-
patur Stachirus, quanquã ſuperius expoſuerit
Stachiris fluuij oſtia & quẽ in Aphrica uocauit
Cinyphum fluuiũ hic ab eo nuncupat̃ Cinyps,
qui quũ duo habeat principia, iſte adunationẽ
eorum ſilentio p̃terit. Sed hoc potius cõmemo
randum non ſine admiratione, ꝙ Gir fluuius
maximus in duobus mõtibus Vſargala, ac Ga
ramantica ualle, principia habens. incertum eſt
in quod mare excurrat nuſquã utiꝗ deſcriptis
hoſtijs eius, & hoc etiã admirabilius ꝙ Chelo-
nides paludes eundẽ alumno ſuo fluuio augẽt,
Nec minus ambigit̃ de Nigirẽ fluuio princi-
pia habente in Mandro & Thala montibus, in
quẽ affluunt a ſeptemtrionibus duo alij amnes
ab exortu alius ex Lybia palude, ac item alius
a meridie, & tamen non liquet ubi erumpat tan
,, ta aqua totꝗ collecta ſeculis. Iam uero popu
,, los Libyæ enumerans interpres. Et Manna-
,, cum inquit, qui ſub ipſo Thala monte ſunt
,, & Nuborũ qui tenent occidentalia uallis ip-
ſius mõtis. Quis queſo ex his uerbis Iacobi nõ
putabit Nubas, quas ipſe Nubos uocat, regere
ad occaſum uallis ipſius montis Thale? Quum
& paulo ante finẽ catalogi populorum hæc ſint
,, eius uerba. Inter aũt inquit, Libyæ paludem
,, & Thala montẽ ſunt Alitambi, & Manrali,
,, & inter has & Nubos Armiæ, & Thale, ac
,, Dolopes & Aſtracutiuſꝗ uallem montis,
ubi nemo aliã uallem intelliget quã Thalę mõ-
tis, At illa eſt uallis garamantica, uidelicet ſupe
rius inter montes enumerata, non uallis cuiuſ-
cunque montis. Hinc miſelli quidã pictores po
tius quã Geographi interpretẽ ſequuti, Nubas
& Armias Libyæ populos Thala monte occi-
dentaliores ſtatuunt cæteraꝗ multa ob ignora
tionem unius hominis perperam confundunt.
Deinde a catalogo ciuitatum Iacobus ſub Nigi
ra inquit fluuio Nigira metropolis eſt. Nõ ſub
Nigire Nigira metropolis eſt, ſed ſub gira flu-
uio, Gira metropolis eſt.

AETHIOPIA SVB AEGYPTO.

Aethiopiam quę ſub Aegypto eſt iã ingreſſus
non habet Aram cupidinis promontorium. Et
quæ in primo libro uocabat̃ ab eo Ptolemais
Thebarũ, hic Ptolemais theron ideſt uenatio-
num nuncupatur, Quæ Ptolemais ferarum ap-
pellanda fuit, In expoſitione montium hæc ha
bet Iacobus. Montes autem inquit nominant̃
in regione ab occaſu Nili prodeuntes per totũ
Nilum Garbata mons, cuius mediũ. 69. 6. Itaꝗ
iuxta hiſtoriam interpretis Garbatas mons eſt
ab occaſu Nili, qui tñ reuera eſt ab exortu Nili
fluuij numeris id etiã confirmantibus Rurſum
in catalogo populorũ indicatis populis Aduli-
cis & Aualicis ſinus cognomines accolẽtibus,
itemꝗ Moſylis hæc profert. Quod inquit, dein
de ſequitur littus omme barbaricũ eſt, Açama
autem in ſecundo eſt ſinu. Quis obſecro eſt ille
ſecũdus ſinus? vnicum profecto ſinum Ptole-
mæus exponit Barbaricum uſꝗ Raptum pro
mõtoriũ, maritimamꝗ & adiacentẽ uocat Bar
bariam, qua demũ Barbaria, interiorẽ, hoc eſt a
mari remotiorẽ ſtatuit Açaniã Elephantorum
genitricem quod ita eſſe hæc Ptolemæi uerba
docebunt ἡ δ᾽ ἐντεῦθεν μέχρι τ̃ ῥάπτου ἀκρωτηρίου πᾶσα
βαρβαρία μὲν ἡ παράλιος· ἀζανία δέ, ἡ ἐνδοτέρω, hoc eſt.
Quæ autẽ hinc eſt uſꝗ Raptum promontori-
,, um maritima quidẽ omnis uocatur Barba-
,, ria quæ uero interior eſt Açania. Nimium
ſecure interpres ſecutus eſt exemplar mendo-
ſum in quo erat ἐν δευτέρῳ pro ἐνδοτέρω.
Quem librarij græci errorem ipſe quoꝗ depre
hendi in quodam exemplari.

AeTHIOPIA interior.

Poſtremo ne interna quidẽ Aethiopia ab huius
hominis peccato imunis eſſe potuit, nam in ex
poſitione lateris eius ſeptentrionalis ad uerbũ
,, ita dicit. Hæc inquit terminatur a ſeptentri-
,, one lineis expoſitis meridionalibus dictarũ
,, regionum quæ ſcilicet a magno ſinu interio
,, ris maris uſque ad Raptum educuntur pro
,, montorium quod gradus habet 73 ⅓ austra
,, lis. 8 ⅓ t ⅔ præterea parte Oceani Hydatici
iuxta magnum ſinum, ubinam quæſo eſt iſte
oceanus Hydaticus? An tantum ſibi tribuit Ia
cobus ut Oceanum alias occidentalem appel-
latũ, etiã nouo nomine appellare liceat? An ꝗd
in exẽplari mendoſo legit μέρει τοῦ ὑδατικοῦ ὠκεανοῦ
quod equidem libentius crediderim, qñ & mi-
hi quoꝗ ex multis unum hoc in loco corruptũ
in manus exemplar incidit.

ASIA.

In deſcriptione eius regionis quæ ꝓprie Aſia
uocatur ciuitas quæ a Ptolemæo uocat̃ παλαιὰ
σκῆψις ab Interprete dicit̃ coniunctis nomini-
bus Palæſcepſis, quæ potius appellari debuit
uetus Scepſis, ut ab alia eiuſdem nominis ciuita
te diſtingueretur. Deinde poſtremã deſcriptio
nis maritimæ corupto nomine Gonum uocat,
quæ ſecundũ Ptolemæũ Caunus nuncupatur,
cuius numeris adnotatis mox hæc interpretis
uerba legunt̃, quibus orientale latus Aſiæ de-
,, ſcribere conatur. Ab oriente inquit Lyciæ, a
,, Metacauno fine uſꝗ ad Epechontem fluui-
,, um. 59. ½. 57. ½. ⅓. a quo & a meridie termina
,, tur per Lyciam iuxta Milyadẽ ciuitatemꝗ
,, uſꝗ finem cuius gradus 61. 57 ½. ⅓. Et Pam-
,, phylia per lineã a fine predicto uſꝗ Epech-
ontem amnem. Hic opus eſt Oedipode qui no
bis ediſſerat quisnam ſit ille Metacannus finis
aut ubinam inueniamus Epechontem fluuiũ,
quidque ſibi uelint duplices numeri eidem
aſcripti. Si ẽm Oſtia fluuij denotant, hæc oſtia
profecto ſupra totam Lyciam, ſcilicet in conti

nenti ſunt. Nam fõtes eſſe nemo fatebitur, nuſ-
quam oſtijs apparentibus. Sed quid opus eſſe
Oedipode dixi? Auctor ipſe Ptolomęus Inter-
pretem ridiculum coarguet his uerbis. ἀπὸ δὲ ἀ-
νατολῶν, λυκία τε ἀπὸ τοῦ μετὰ καῦνον πέρατος μέ-
χρι τοῦ ἐπέχοντος μοίρας νδ ς. λ ς γ ἀφοῦ καὶ ἀπὸ
μεσημβρίας ὁρίζεται τῇ λυκίᾳ κατὰ μιλυάδα πόλιν μέ-
χρι πέρατος οὗ θέσις ξα λ ς γ. καὶ παμφυλίᾳ κατὰ
τὴν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου πέρατος γραμμὴν ἕως τοῦ ἐπέ-
χοντος μοίρας ξα γ. λη ς ιβ. ubi itaque dicen-
dum erat a termino poſt Caunum, iſte ſcripſit a
metacauno ſine præpoſitione μετὰ, cum nomi-
ne καῦνον connexis. Et rurſus ex participio ἐπέ-
χοντος fecit nomen fluuij, magna ac intolerabi-
li culpa ſua, quanquam ipſe quoque exemplar
quoddam uiderim eo in loco uiciatum. Iam ue-
ro in catalogo Ciuitatum exponit Apolloniã
penes Labanum, & Heracleã iuxta olbam, ubi
non iniuria dubitandum quidnam per Labanũ
& Olbam ſignificet, quum in ſitu earum ciuita-
tum per numeros inueſtigato, nec mons alteru-
tro talium nominum apparet, neque fluuius.
Poſt hæc autem monſtra, in catalogo ciuitatũ
omnes quæ ſunt a Doryleo uſque poſtremam
Gaçanam ſtatuit in meonia, ſcilicet in confini-
bus Myſiæ & Lydie ac Phrigiæ, titulo id oſten-
dente, & tamen omnes dictæ ciuitates ſunt in
Phrygia magna, cuius inſcriptionem una cum
nominibus duarum ciuitatum quæ uocantur
Cadi & Sinnaus, Interpres ille cæcutiẽs præter-
miſit, In catalogo inſularũ eſt quæ uocat̃ Aſty-
palea patria Phalaridis Tyranni, dicente Ptole-
mæo ἀστυπαλαίας ἡ πόλις hoc eſt Aſtypaleæ ciui-
tas, Interpres aũt dixit Aſty antiqua & ciuitas,
ſcilicet nomẽ inſulæ diſoluens ἄστυ & παλαιὰ pro
articuloque ἡ coniunctiõem copulatiuam ſug-
gerens. Tale monſtrum fecit rurſum in nomi-
ne inſulæ Co, dixit enim Coa ciuitas ubi Ptole-
mæus habet κῶ ἡ πόλις uolens repræſentare Co
inſulę ciuitatem. Hic autem omiſit Synam inſu-
lam, ac inſcriptionẽ Rhodienſis pelagi & Car-
pathij. Quo fit ut Cæſus iuſula & Carpathus
atque Rhodus putent̃ eſſe in Myrtoo pelago,
quandoquidẽ titulus pelagi inſulas cõplecten-
tis nõ eſt mutatus. Deinde pro Chelidonijs ſco-
pulis qui Lyciæ adiacent, apud eũ legitur Che-
lidonia inſula quum ſint quinque numero.
Crambuſam uero inſulam Pamphylię adiacen-
tem in totum pretermittit.

CAPADOCIA.

In expoſitione lateris orientalis Capadociæ
hæc ꝓfert interpres. Poſtea inquit linea quæ ꝓ-
„ ducit̃ iuxta montes Moſchorũ uſque finem
„ cuius gradus. 72. $\frac{2}{3}$. 42. $\frac{1}{4}$. & linea quæ inde
„ iungit finem prædictum. Hoc ergo latus ori-
entale intra Colchidem producetur. Nam Pha-
ſis ciuitas Colchidis habet hos eoſdem ferenu-
meros fini dicto aſcriptos quare linea quæ ut
ipſe dicit iungit finem prædictum, introrſum
neſcio quo porrigetur, ſic enim & pendula eſt
Interpretis dictio ut non ſit percipere cum quo
coniungat finem prædictum. Deinde ubi Ar-
gęi montis terminos expoſuit mox ſubdit, un-
„ de fluuius magnus appellatus fluens. Eu-
„ phrati imiſcetur iuxta gradus &c. Verum
fluuius ille μέλας hoc eſt niger fluuius appella-
tur, unde & Melicena pars Armeniæ paruæ di-
cta eſſe uideri poteſt. Iacobus autem pro μέλας
legit μέγας. Deinde non apparent in traductio-
ne Iacobi duæ poſtremæ Ciuitates Capadociæ
& præturę Tyanidis quæ nuncupantur Baçis
& Stala.

CILICIA.

In Ciliciæ deſcriptione Claudunt Manicæ
pylæ uel portæ, ut interpres appellat, quum ta-
men ſuperius in expoſitione lateris Ciliciæ ori-
entails uſque Amanicas dixerit pylas, adeo in-
circumſpectus eſt homo iſte ut omnino non cu-
ret conſtanciam traductionis ſuæ, ſed ſolũmo-
do exemplari quantumcumque mendoſo in-
hiat, quum longe alia opus ſit diligentia ſi quis
idonee geographiam traducere uelit.

SARMATIA ASIATICA.

Iam in Sarmatia Aſiatica querat aliquis Pſach
im fluuium, ac Geruſam ciuitatem, quæ inter
eum fluuium & Atticitem fluuium eſt. Nam
quod in definitione huius prouinciæ Tanaim
bis ponit, notare ſuperſedimus, quanquam in
proprio eius exemplari hoc peccatum animad-
uertimus. Et ipſo inquit Tanai fluuio uſque
eius oſtia ad Mæotim paludem, & ab his orien-
tali parte Tanais uſque Cimenriũ Boſphorũ.
Dicendum enim fuit & orientali parte Mæoti-
dis paludis, a Tanai uſquæ Cimerium Boſpho-
rum. In expoſitiõe autem lateris meridiani hæc
„ ab eo proferuntur. A meridie inquit, termi-
„ natur deinde parte euxini ponti uſque Co-
„ racem fluuium per littus, & hinc linea Colch-
„ idis & Iberiæ & Albaniæ uſque latus Hyr-
cani maris. Quid quæſo eſt quod ait per littus?
Quis enim crederet Sarmatiam cõtinentem ul-
tra littus etiã Euxini ponti euadere? non ſic nu-
gatur Ptolemæus dicens. ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ ἐν-
τεῦθεν μέρει τοῦ εὐξείνου πόντου μέχρι κόρακος ποτα-
μοῦ καὶ τῷ ἐντεῦθεν παραλλήλῳ γραμμῇ κολχίδος ἰβηρί-
ας καὶ ἀλβανίας μέχρι τῆς ὑρκανίας τῷ καὶ κασπίας θα-
λάσσης πλευρᾶς. Hoc eſt a meridie autem parte
quæ hinc eſt Euxini ponti uſque Coracem flu-
„ uium & ab hinc æquidiſtanti linea Colchi-
„ dis & Iberiæ ac Albaniæ uſque ad latus Hyr
„ cani maris quod & Caſpium dicitur. At Cę-
„ cutiens Interpres pro παραλλήλῳ, niſi fallor
accepit παλαιῷ, aut ſequutus eſt errorẽ alicuius
ſcioli, qui nõ intelligens mentem auctoris pro
παραλλήλῳ ſuppoſuit παλαιῷ. Quod ſi Ptolemæi

fuiſſet hoc uerbum, non iniuria, obiceremus ei
quod Sarmatiam a meridie reliquiſſet inde fini
tam, quandoquidem ab oſtijs Coracis fluuij in
finitæ poſſunt educi lineæ. per Colchidem Ibe
riamque & Albaniam ad latus Hyrcani maris,
Incertum itaq; eſt, quæ earum Sarmatiam a me
ridie definiat, quaniaque ſit longitudine, quũ
terminus eius ad dictum latus Hyrcani maris,
nullo ſit numero expoſitus, recte igitur Ptole
mæus definiuit hoc latus meridianum tam lon
gitudine quam poſitura, non enim niſi una ab
oſtijs Coracis duci poteſt, ad latus Hyrcani ma
ris, que æquinoctiali æquidiſtet, hæc præterea
nobis teſtimonio eſt, quod hæc pars lateris me
ridiani ad oſtia Coracis & Soanæ fluuiorũ ter
minatur, quæ quidem eandem habet latitudinẽ
graduum .47. ideſt æque ab æquinoctiali ab
ſcedunt linea. Nec tamen diffitemur Colchidis
paruum quendam angulum, ſupra hanc æqui
diſtantem lineam euadere, ſi numeris credimus
Neque id definitionem inſtitutam redarguit,
quum in geographico tractatu uniuerſo ſatis
ſit ad propinquũ ueritati accedere. Illud autẽ
reprehendendũ quod interpres nullam de late
re orientali Sarmatiæ facit mentionem, eius eñ
hęc ſunt uerba poſt Coracis fluuij oſtia. Finis.
„ q hinc eſt ad Colchidos latus .75.47.½. Qui
„ deinde eſt ad terminum Iberiæ in quo Sar
„ matice Pylæ .77.47. Deinde qui ad Albani
„ am uſque Hyrcanũ Pelagus in quo eſt poſt
„ Saonæ fluuij oſtia quorum gradus dicti ſũt
.86,47. Reliqua deinceps exponuntur abſq;
ul a lateris orientalis mentione. Atque Ptole
mæus id latus colligit ex parte Hyrcani maris,
ab oſtijs Soanæ fluuij, ad oſtia Rha fluuij ac
portione quadam eiuſdem fluuij Rha, & meri
diani cuiuſdam portione ad terram ignotam
per meantis.

ARMENIA MAGNA.

In Armenia magna intercidit occidentale la
„ tus eius, his uerbis. Ab occaſu parte Capa
„ dociæ ſecundum expoſitam ponti Capado
„ cum uſque Colchidem per moſchicos mon
tes lineam. Atqui talis linea Pontum Capado
cium dirimit ſolũmodo a parte Armeniæ, quę
ſupra Euphratem eſt, reliqua uero pars eius a
Capadocia diſterminatur portione Euphratis
quæ eſt inter Moſchicos montes & Taurum
montem. De quo Euphrate fluuio inferius hæc
profert interpres. Sunt & alij montes nota dig
ni a predicta ſciſſione Euphratis fluuij &c. hic
item uocabulũ τῆς ἐκτροπῆς in ſciſſionem uertit,
nullam prorſus ſciſſionem habente Euphrate,
ſed diuertigium iuxta Moſchicos mõtes. Nam
a fontibus ſuis ad occaſum fluit, donec initia
Moſchicorũ montium paulo excedit, hinc autẽ
ad meridiem uergit, ita, ut qui prius ęquidiſtan
tem pene æquinoctiali tenuit fluxum, iam ſub
eodem fere meridiano Taurum mõtem petere
uideatur. Hoc eodem luto heſitat homo iſte in
„ Catalogo ciuitatũ. In parte inquit ſuperius
„ concepta uſq; ad ſciſſionem Euphratis ſunt
„ magis quidẽ ſeptentrionales regiones incipi
„ entibus ab occaſu Baſiliſſena & Hoborde
„ na & Arſia ſubq; hac Acileſena & Aſtauni
tis & penes fluuij ſciſſionẽ Sophena. Sciſſionẽ
Euphrati tribuit nullũ ſuſcipienti flumẽ exter
num, ſed ipſum ſolũ & cõtinuum ſcindi inſinu
at. De quo iã non ampliorẽ fecimus ſermonẽ,
quũ hoc interp̃tis deliramentũ palã omnibus
ſit lectoribus. Verũ hoc quoq; notandũ eſt, q̃d
regiones ac ciuitates hinc enumeratæ in parte
Armeniæ ſuperius cõcepta, ut ipſe dicit ſtatuũ
tur, quũ ſint in parte media, q̃ ſcilicet ſub dicta
parte Armeniæ eſt, Armenia quippe in tres par
tes per longitudinẽ diuidit̃, Euphrate fluuio,
& mõte qui Tigridis ſupiacet fontibus. Supre
mæ aũt partis regiones ciuitateſq; iam expoſi
tæ ſunt. Hic aũt ſubiacentis Euphrati partis re
giones ac ciuitates enumerat Ptolemæus. In par
te aũt infima duas poſtremas omittit ciuitates,
quarũ nõia ſunt Tigranoama & Artagigarta.
Sic & Carpaſas inſulas iuxta Cyprũ p̃termittit

SIRIA.

Deinde in Syria neſcio quos mõtes Damaſ
„ cos & Palmyręos ſomniat his uerbis. Irrigãt
„ regionẽ & alij fluuij, a Palmyræis fluuius cũ
„ ius fines &c. Numeriſq; interiectis, mox in
quit a Damaſcis montibus fluuius Chryſorro
as. Damaſcus quidem ciuitas ſita eſt inter Libã
num & Antilibanũ montes, quorũ neutri dicũ
tur Damaſci montes, Atq; Ptolemæus dicit ὁ τε
παρὰ παλμύραν ῥέων. ac paucis interpoſitis καὶ ὁ παρὰ
Δαμασκὸν ῥέων horũ eñ fluuiorũ alter Ptolemæo
referente Palmyrã ciuitatẽ pręterfluit, alter aũt
Damaſcũ. Sequutus eſt mendoſũ exemplar in
terpres credulus ac imperitus, quale & ipſi unũ
uidimus, in quo erat ὁ, τε παρὰ παλμυαρέων, & poſt
pauca καὶ ὁ παρὰ Δαμασκῶν ὀρέων, hic aũt mirari for
taſſe licebit, quũ dicti duo fluuij terminos ha
beãt in ipſa Syria, ubi nã ſnnt eorũ oſtia in mare
p̃ſertim ſi ſunt fluuij ut appellant̃, q̃ & de Ior
dane dubiũ eſt qui totus pene eſt in Iudæa, ſed
proſequamur ſomnolentiam interpretis.

ARABIA.

In definitione Arabiæ petrææ plurimũ errat.
Arabia inquit terminat̃ ab occaſu parte Syriæ
expoſita, p̃termittit cognomentũ hui⁹ Arabiæ,
non eñ dicit petreæ, ab occaſu uero eam parte
Syriæ definit, quũ tamẽ tota ſit ſub Syria, ab oc
caſu aũt adiacet Aegypto. Itaq; ab occaſu defi
nit̃ non parte Syriæ ſed parte Aegypti. Rurſum
a meridie inq̃t, iteriore ſinu Arabici pelagi qui
„ gradus habet 63 ⅔. 29 ⅔. Et ſum iuxta Hic

,, ropolitem a notato fine apud Aegyptũ uſq;
,, ad promontoriũ quod iuxta Pharam eſt &
,, gradus habet 66.29. Villa uero Elana quæ
,, iuxta ſinum eſt eiuſdem nominis gradus ha
,, bet 65 ½ ⅙. 29 ¼. ab oriente linea emiſſa ſu
,, pra expoſitum Syriæ orientalem terminum
,, & iuxta Arabiam felicem uſque ſectionem
,, quæ gradus habet 70. 30 ½. Iuxta autẽ Ere-
mum Arabiæ ſupra reliquam lineam tendit, o-
mitto ꝙ præter conſuetudinem authorꝝ ſinum
Arabicum uocat pelagus. Nugationem uero
reliquã non iniuria notamus. Nam omnia hæc
uerba interiore ſinu Arabici pelagi qui gradus
habet 63 ½. 29 ½ ⅓. & ſinu iuxta Hieropolitem
a notato fine apud Aegyptum, hæc inquã uer-
ba unicum ſignificant locum, ſcilicet ſeceſſum
ſinus Arabici, iuxta heroum ciuitatem, is enim
ſeceſſus habet gradus 63 ½. 29 ½ ⅓. ſicuti uide
re licet in definitione Aegypti. Is deniq; eſt ſe-
ceſſus quem ipſe ſinum uocat iuxta Hieropo-
litem. Is poſtremo eſt notatus finis apud Aegy
ptum. At Interpres coniunctionem copulati-
uam interſerit, in tantumq; uerba producit, ut
uideantur plura loca inſinuari. Ptolemæus ue-
ro Petræam definiri a meridie ſignificat, A-
rabici ſinus parte, ab expoſito termino iuxta
Aegyptum, uſque promontorium quod apud
Pharam eſt, habetque gradus 65. 28 ½. & Ela
mite qui hinc eſt ſinu, uſque ad eius inflexio-
nem, quæ habet gradus 66. 29. habere autem
& Pharam uicum gradus 65. 28 ⅔. Elanam ue-
ro uicum adiacentem ſeceſſui ſui cognominis
habere gradus 65 ½ ⅙ 29 ¼. ſed nec hoc præ-
tereundum quod Pharam uillam bis contami-
nat, quum illi primum adiungit præpoſitio-
nem κατὰ ac Catapharam uocat deinde cum
addito μὲν eam Mempharam uocat Inde pue-
rilem eius intellectũ intelligere licet quum Pto
lemæi locum interpretatus eſt ubi gentes ac re-
giones Arabiæ petreæ exponit. ἀπὸ μὲν δύσεως
τῶν ὀρέων τούτων παρὰ τὴν αἴγυπτον ἥτε σαρακηνὴ
παρήκει. καὶ ὑπ᾽ αὐτὴν ἡ μουνυχιάτις. Interpres ab
,, occaſu quidem horum montium iuxta Ae-
,, gyptum Saracem. deinde conuectus quidam
eſt. Illud equidem prætereo quod pro nomine
regionis σαρακηνὴ poſuit nomen populorum Sa
racem. Quod autẽ pro nomine Regionis quæ
Munychiatis nuncupatur conuentũ quendam
interpretatus eſt. id uero inſulſitatem hominis
palam indicat, uidetur enim hoc nomen μουνυ-
χιάτις ſic accepiſſe, ut populari quodam loquen
di modo dicit monachatus, prioratus. Itaq; pro
monachatu conuentũ poſuit, tanquã fortaſſe
honeſtius ac gratius nomẽ. Si quis aliter huius
hominis monſtrifici nebulas diſſoluere confi-
dit, eum libenter audiemus. Quippe finẽ huius
lucubratiunculæ ſtatuimus, non tam irridere
hominem, quam lectores ſuos commoneface-
re, ne erroribus puerilis Interpretis implicent;

MESOPOTAMIA.

Libenter rurſum audiemus, quidnã uelit In-
terpres uerbis ſuis quæ poſt catalogũ ciuitatũ
Meſopotamiæ Tigridi fluuio adiacẽtium pro
fert. Nanq; expoſita ultima earũ Apamia, Sub
qua inquit cõmixtio Regij fluuij cum Tigride
eſt, & media prope regio. In alia aũt media regi-
one ciuitates hæ. Subiunguntur aũt ciuitatũ no
mina cũ numeris ſuis. Vbi quæſo eſt illa cõmi-
xtio Regij fluuij cũ Tigride? Regius eñ fluui-
us Euphrati infundit haud multũ citra Seleu-
tiã, quemadmodũ ſuperius expoſitũ eſt poſt ca
talogũ ciuitatum Euphrati adiacentiũ. Et ſub
Apamia Euphrates Tigridi coit, ſicuti in hiſto-
ria definitionis Meſopotamiæ apparuit. Cæte-
rum cũ uideat inſinuare duas medias regiones,
quænam eſt illa altera & prior quã ipſe etiã ſub
Apamia eſſe ſignificat. At Apamia in ultima ut
ita dicã cauda Meſopotamiæ eſt haud procul a
confluente Euphratis & Tigridis. Aniaduerto
equidẽ Ptolemæũ expoſuiſſe tres ordines ciui-
tatũ Meſopotamiæ. Primũ quidẽ earꝝ quas Eu
phrates alluere dicit. Scd'm aũt earꝝ quæ Tigri-
di adiacent. & tertiũ reliquarꝝ. ſ. mediarꝝ. Prio-
ris aũt regionis mediæ ciuitates non uideo, niſi
Interpres ut eſt monſtrificus alteros mihi addat
oculos.

ARABIA Felix.

In Arabia felici deſcripturus maritima ſinus
Arabici hæc habet Interpres. Poſt limitẽ inquit
Arabici ſinus iuxta Elanitẽ ſinum iteriorẽ, qui
limes dict9 eſt habere gradus 66. ⅓. 28 ½ ⅙. Mo
diana &c. Hic quidẽ limes a Ptolemæo expoſi
tus eſt in latere meridiano Arabiæ deſertę. Inter
pres autẽ eum locũ ſicuti ſupra indicauimus oĩ-
no prętermiſit. Adde quod numerus quẽ hic ad
ſcribit ei limiti. ſ. 66 ⅓. 28 ½ ⅙. nõ eſt illius limi
tis, ſed Omiæ ciuitatis quę eſt intra mõtana A-
rabię felicis, pria. ſ. maritimarũ. Interp̃s aũt Mo
dianã ponit primã, Omia ciuitate p̃termiſſa, nu
meriſq; ſuis ad limitẽ dictũ falſo tranſlatis.

Scythia intra Imaum montem.

Iam prætermiſſis quibuſdã minutijs ad Scy-
thiam intra Imaum montẽ tranſeamus, ubi etiã
hæc uerba offeruntur in enumeratione monti-
um. Apud autem hos inquit inter ima amnium
montes, ſurgunt Sycbi, quorum fines gradus
habent 121. 58. & 132. 62. Hi montes profecto
non ſunt inter ima amnium, ſed in ultima pene
Scythia non longe a terra ignota numeris id at-
teſtantibus. Imo ſupra eos montes a quibus de
fluunt omnes memorati in hac Scythia amnes.
Poſtea in Catalogo gentium Erynimos. Aſio-
tas, Aorſos, populos in totum prætermittit. In
Scythia autem extra Imaum montem omiſit E-
modos montes. In Serica poſtquam expoſuit
Echarden fluuium gentes enumerat, ac alium
item fluuium Bantiſſum interſerit, poſtremo-
que Catalogum populorum abſoluit. Sic &

fluuiorum expoſitionem, & gentinm Catalo‑
gum negligenter interrumpit. Mirandum cum
terni fontes binorum amnium hic exponātur,
quibus nam oſtijs in mare effunduntur, an for‑
taſſe terra abſorbentur, aut uirtute Solis in cli‑
matibus etiam illis exhalantur. Idem & de A‑
rio fluuio Ariæ mirandum cuius fontes qui‑
dem ſunt in Sariphis & paropaniſo montibus,
Ariæ adiacentibus. Confluxus autem in palu‑
de Aria. Deinde Paropaniſadas excipere a Ba
ctriana Dargamanim fluuium inſinuat, qui ta
men in Paropaniſadis ortus Oxo in Bactriana
infunditur. In Catalogo populorum ſub Par‑
ſietis quos corrupto nomine uocat Parocetas,
ponit ipſe Parſios. Quum itaque Parſietæ ſint
omnium auſtraliſsimi, Parſij in Arachoſiam
incident. Arachoſiæ autem Arachorum fon‑
tem quem facit fluuius regionem permeans, in
totum ſilet. In definitione Gedroſiæ habet In‑
terpres, Gedroſia inquit terminatur ab occa‑
ſu. Carmania iuxta meridionalem expoſitam
lineam uſq; mare. Conſtat Carmaniam & Ge‑
droſiam habere communem terminum, ſcilicet
lineam quæ ducitur per Perſicos montes. Ve‑
rumtamen hæc linea non eſt meridionalis, ut
eius uerbo utamur, hoc eſt ſita ſub eodem me‑
ridiano, quando ne ipſi quidem Perſici mon‑
tes recte adſeptentriones uergunt. Sicuti uide
re licet in ipſis prouinciarum deſcriptionibus.
Quotiens in India quæ intra Gangem eſt uoca
bulo ſciſsionis abuſus eſt, ubi de fluuijs tracta‑
tur non amplius recenſebo. Satis enim ſuperq;
hominis inſulſitas circa hoc uocabulum ſuperi
us indicata eſt. Cæterum Ptolemæus deſcriptu
rus ciuitates mediterraneas Paraliæ regionis
Soretarum hunc præfert titulum. παραλίας σωρη‑
τῶν μεσόγειοι πόλεις, hoc eſt Paraliæ Soretarum
mediterraneæ ciuitates. Hic Interpres Soreta‑
rum inquit penes littus mediterraneæ. Quomo
do quæſo mediterraneæ ſunt ſi circa littus? Nō
animaduertit hoc nomen παράλιος ſub eadem
terminatione utrique generi accommodari,
Itaque ſi non erraſſet Interpres dicendum fuit
Ptolemæo παραλίου σωρητῶν. Cæterum ipſe quo
que Interpres ſuperius in deſcriptione mariti‑
mæ non uertit hoc uocabulum, mox poſt adno
tationem Curulæ ciuitatis, ſed Paraliam uoca‑
uit non littoralem.

IOHANNIS DE MON te Regio in penultimum ſepti mi uoluminis caput an‑ notationes.

Penultimū ſeptimi uoluminis caput, ſic inci
pit ἡ μὲν ἕως ὑπογραφὴ τῆς καθόλου διαθέσεως μέχρι
τῶν τοσούτων ἔχει συμμέτρως. Interpres, quæ ſu‑
„ praſcripta ſunt de uniuerſalis ſitus diſpoſi‑
„ tione uſque huc cum æqua dimenſione ha‑
„ bentur. Non ſtatuimus ſingula uerba ada‑
muſſim examinare, quæ em̄ ab omnibus craſſa
quadam inſpectione notari poſſunt conſulto
præterimus, uerum hoc uocabulum συμμέτρως,
animaduertimus multiplici ſignificatione diſ‑
tractum eſſe, σύμμετρον enim nunc commenſile
dicitur, cui apponitur ἀσύμμετρον nunc autē pro
idoneo, uel competenti, aut pro congruo acci‑
pitur, qua quidem ſignificatione in præſentia
uſus eſt Ptolemæus, non ut iſte interpretatur
cum æqua dimenſione, quod enim æquum aut
iuſtum eſt, redarguendi licentiā haud ueretur.
At Ptolemæus ipſe, pro ſua ſingulari modeſtia,
tractatum ſuum nunquam tam æquum eſſe di‑
ceret, quin aliquo loco notari poſſet. Sed hæc
minuta grammaticis libramentis relinquamus,
quale etiam illud eſt quod mox ſequitur. τὸ φαι
νόμενον τῆς γῆς ἡμισφαίριον. ſic a traductore ex‑
preſſum, Hemiſpherium terræ quod oſtendi‑
tur multum differentibus his participijs φαινό‑
μενον & δεικνύμενον. Non aliter huius capitis
inſcriptionem confuſis nominum ſignificatio
nibus uiciauit Interpres, ubi Armillaris Sphæ
ræ deſcriptio promittitur Ptolemæo dicente,
κρικωτῆς σφαίρας μετὰ τῆς οἰκουμένης καταγραφή. ibi
dixit Interpres. Circularis Sphæræ cum habita
bili deſcriptio. Tantum ſcilicet ab Idonea con
uerſione abhorrens, quantum κύκλος & κρίκος
diſtant, id eſt Circulus & Armilla. Iam uero
huius capitis literam uertens eodem luto hæſi‑
tat, & circularem ſphæram non uno tantum lo
co pro armillari ponit. Sententias denique non
ſolum uerba confundit, quod quidem plane in
telligetur, ſi Ptolemæi literam hic inſeremus.
οὐκ ἄτοπον δὲ προσθεῖναι πῶς ἂν τὸ φαινόμενον τῆς
γῆς ἡμισφαίριον, ἐν ᾧ ἡ οἰκουμένη καταγράφοιτο ἐν
ἐπιπέδῳ, περιεχόμενον ὑπὸ σφαίρας κρικωτῆς. ἐπει‑
δὴ πλείους μὲν ἐπικεχειρήκασι τῇ τοιαύτῃ δείξει. παρα‑
λογώτατα δὲ ταύτῃ φαίνονται κεχρημένοι. προκείσθω
δὲ κρικωτὴν σφαῖραν ἐν ἐπιπέδῳ καταγράψαι, μέρει
ἐμπεριλαμβανομένην τῆς γῆς, ὡς τῆς ὄψεως θέσιν
ἐχούσης, καθ᾽ ἣν ἐπ᾽ εὐθείας ἔσται ταῖς κοιναῖς τομαῖς,
τοῦ τε διὰ τῶν τροπικῶν σημείων μεσημβρινοῦ, ὑφ᾽ οὗ
ὑπόκειται καὶ ὁ τὸ μῆκος τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης δι‑
χοτομῶν, καὶ τοῦ διὰ συήνης ἐν τῇ γῇ γραφομένου
παραλλήλου, δίχα καὶ αὐτοῦ τέμνοντος ἔγγιστα τὸ
„ πλάτος τῆς οἰκουμένης. Interpres hæc habet
„ Non autem incongruum eſt addere his quo
„ modo Hemiſphærium terræ quod oſtendi‑
„ tur deſcribi poſsit in plano contentum ſub
„ Sphæra circulari Cum igit̄ plures ad oſten‑
„ dendum id elaborauerunt, & abſurdiſsime
„ hac demonſtratione uſi fuerunt, propona‑
„ tur circularem ſphæram eſſe deſcribendam
„ in plano terra interius comprehenſa.
„ Aſpectus itaq; oculi ſitum habeat per quem
„ recta linea fiat in communibus ſectioni‑
„ bus meridiani, per ſigna tropicorum tran‑
„ ſit, quiue habitabilis terræ longitudinem
„ ſecat, & parallelus per Syenen notatus

,, in terra diuidens & hic latitudinem habitabi-
,, lis, ſic ille uertit, traiectis hinc & inde ſenten
tijs. Ptolemæus quidē exemplo adductus alio-
rum qui hoc genus deſcriptionis inepte tracta-
uerunt, uerā artificioſamq; deſcriptionē Sphæ
ræ armillaris terręque habitabilis explanat. Iſte
aūt dicit. Cum igit̄ plures &c̄. nouā. ſ. illinc or-
ſus ſnīam quæ tn̄ præcedēti cohæret. Et iterū a-
ſpectus itaq; inqt oculi &c̄. nouā hic ſnīam in-
choans quæ tn̄ iuxta dictionē Ptolemaicā præ-
cedenti cōnectit̄. Econtra ubi Ptolemæus dicit
προκείσθω δὴ κρικωτὴν σφαῖραν ἐν ἐπιπέδῳ καταγρά-
ψαι propoſitū. ſ. principale aggrediēs, ibi tradu
ctor ne minimā quidem facit diſtinctionē. Ve-
rū huiuſcemodi minutias quilibet uel paululū
græcis initiatus lr̄is aīaduertere poteſt. Quod
uero ſequit̄ ſine mathematica intelligi aut tra-
duci nequit, quāobrem paulo altius repetendū
eſt, in tribus oīno præſens uertit̄ negociū, ſphæ
ra uidelicet armillari, Hemiſphęrio terreſtri, ha
bitabilē noſtram cōplectente, & oculo ipſo in-
ſpectore, quorū prima duo certā inter ſe habere
debent ꝓportionē, huic opificio idoneā. Viſus
aūt non ꝓportionē poſtulat ad utrūuis eorum,
ſed ſitum determinatū, quo quā pleniſſime fieri
poteſt, habitabilem noſtrā conſpicet̄, qui ſitus
erit in linea recta, quæ ex medio terrę habitatæ,
ad rectos exurgit angulos. Demonſtratū quip
pe ꝑſpectius eſt, certiſſimā oīm rei uiſæ contem
plationem fieri, qn̄ uiſus recte in mediū obiecti
intuet̄, hoc eſt ſi pictoria uti licet dictiōe, qn̄ ra
dius centricus, in medio puncto oblatæ ſupꝑfici
ei figit̄. tunc eī̄ æquale radiorū lateraliū circun
ſtātia ſtipatus, quaſi axis eſt pyramidis radioſæ
breuiſſimæ. Cæterū in geometricis demonſtra
tum eſt ꝙ qn̄ duo plana ſe inuicē ſecant, ſectio-
nem cōem fieri lineā rectā. Ptolemæus itaq; ſta
tuit uiſum e directo ſectionis cōis, quā habent
duæ circulorū planicies, meridiani. ſ. qui per no
tas tropicas ducit̄, & paralleli terreſtris per Sye
nen euntis utroq; eorū habitabilē per æqualia
ſecante, hoc quidē in latitudine, illo aūt in lon-
gitudine, quapropter & ſectio eorum cōis, pun
ctum mediū totius habitabilis indicat, & uiſus
a terra in ſublime elatus, punctū illud mediū, re
cte ꝓpemodū reſpicit. Nam hoc quoq; geome-
tris demonſtratū eſt. Si utrūq; planorū ſe inuicē
ſecantiū, ad aliam quāuis planiciē recte inſidat.
ſectionē quoq; eorum cōem illi planiciei recte
inniti. Verū ne quis inſidioſius obrepat. argu-
ens, planū paralleli per Syenen in terra euntis,
non recte occurrere ſupꝑficiei terreſtri, qm̄ non
per centrū terræ ducit̄. Is rn̄ſum accipiat, iuxta
auctoris mentē ſatis eſſe, ꝙ planū illud recte in
ſidat meridiano, per notas æquinoctiales ince-
dēti, in cuius. ſ. meridiani planicie, quæcūq; hic
proponunt̄ deſcribenda ſunt, ad quā & uiſus
tanquā ad terrā ipſam reſpicit. Sed ne longiori
diuerticulo abſcedamus, præſertim quū hæc o-
mnia in cōmētarijs geographicis abunde expli
cata ſint, redeamus ad uerba Interpretis. A ſpe-
,, ctus inquit oculi ſitū habeat, per quē recta li
,, nea fiat in cōmunibus ſectionibus &c̄. Ver
ba Oedipode indigētia. Quū enī ſitus oculi ſit
in ſublimi, quonā modo per eum fieri aut duci
poteſt ſectio cōis memorata, quā ſupꝑficies ter-
ræ utrobiq; coercet? qn̄ & parallelus terreſtris
per Syenen ſcriptus, ultra ſupꝑficiē terræ nō eua
dit. Iam uero uideamus quorū ſit circulorū hu-
iuſcemodi cōis ſectio, quā Interpres nūero plu
rali expreſſit, morē loquendi ſecutus græcani-
cū, meridiani inquit qui per ſigna tropicorum
tranſit, quiue habitabilē terræ longitudinē ſe-
cat, pro ſpecie genus inſcite ſupponens. διχοτο-
μεῖν enī̄ non eſt ſecare ſolū, ſed per æqualia ſeca
re. Verū hoc tanquā paruum ignoſcimus pecca
tum, expectantes alterū circulū, de cuius, & me
ridiani ſectione cōm hic agitur, & parallelus in-
quit per Syenen notatus in terra. Non dubita-
mus aūt hunc alterū circulum eſſe parallelū, qui
per Syenen in terreno ducit̄ globo, ita, ut cōmu
nis illa ſectio, ſit meridiani, & paralleli, omiſſis
intelligētiæ gratia uerbis cohærentibus, quæ ſi
gnificant quē meridianū, quemq; parallelū in-
telligere debeamus. At iſte & parallelus inquit
per Syenen in terra notatus, rectū. ſ. pro geniti
uo caſu incongrue ponens. Suſpicari forte lice
ret, incuria librarij id eueniſſe, ſi nō hoc epithe-
tum participiale notatus, in recto quoq; poſitū
eſſet, & itē quod ſequit̄ diuidens & hic latitudi-
nem habitabilis. Vbi ꝑterea in priſtinū quoq; re
labit̄ errorem. ſ. ſpēm in genus abſurde uertēs.
Miramur homīs inconſtantiā, qui quū alias fer
me in locis paulo obſcurioribus fidi Interpre-
tis morē cuſtodiat, uerbū uerbo qualitercunq;
reddens, hic pro genitiuo caſu rectū ſuggeſſit,
Ptolemæo dicente, καὶ τοῦ διὰ Συήνης ἐν τῇ γῇ γρα-
φομένου παραλλήλου. Quæ rurſus fida interpretatio
ſequenti etiā auctoris literæ lumen adimit. Cu-
ius rei gratia Ptolemæi uerba proferantur. οὕτω
δὲ ἐχέτωσαν οἱ λόγοι τῶν μεγεθῶν τῆς κρικωτῆς σφαί-
ρας, καὶ τῆς γῆς, καὶ τοῦ τῆς ὄψεως ἀποστήματος, ὥστε
ἐν τῷ μεταξὺ διαστήματι, τοῦ τε κατὰ τὸν ἰσημερινὸν κρί-
κου, καὶ τοῦ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ὅλον ἐμφαί-
νεσθαι τὸ ἐγνωσμένον μέρος τῆς γῆς, τῶν νοτιωτέρων
τῶν ἡμικυκλίων, τοῦ διὰ μέσου τῶν ζωδίων κύκλου κα-
θεστηκότος ὑπὲρ τὴν γῆν, ἵνα μηδεμία τούτου τις ἐπι-
πρόσθησις γίνηται, τῆς οἰκουμένης πρὸς τῷ βορείῳ τι-
θεμένης ἡμισφαιρίῳ. Quæ quidē auctoris uerba
,, Inteprcs hoc modo uertit. Sic aūt habeantur
,, rōnes magnitudinū circularis ſphæræ & ter
,, ræ, & abſentiæ ipſius aſpectus, ut in diſtātia
q̄ colligat̄ inter circulū iuxta æquinoctialē ac
tropicū æſtiuū tota ꝑs orbis nobis noti appeat,
auſtraliori ſemicirclo ꝑ mediū ſignifericirculū
ſupꝑ t̄rā cōſtituto, ne ultra ipm̄ q̄dā additio fiat
ipſius habitabilis ad boreæ Hemiſpheriū inde
protēſæ. Satis bene quidē incipit, tales enī̄ fore

oportet rationes magnitudinū armillaris ſphæræ & terræ ac remotionis uiſus, ut in eo ſpacio quod inter duas armillas, æquinoctialē uidelicet ac tropicū æſtiuum cōtinet̃, tota pars terræ cognita appareat. Interpres aūt uerborum ſucceſſui pueriliter inhians, dum prępoſitiōis græcæ κατὰ, uim exprimere curioſius ſtudet ſententiā auctoris obſcurat. Dicat quæſo quē circulū ſignificet qui inter æquinoctialē ac tropicum æſtiuū ſit. Hoc em̄ condonamus ꝙ κρίκον, armillæ nomen gręcanicū, uertit in circulū. Dicat deinde quonam modo diſtantia quæuis colligi poſſit inter circulū unicum, quū diſtantia quælibet duobus neceſſario claudat̃ terminis. Q̃ ſi duo termini talis diſtantiæ aſſignent̃, alter quidem circulus iuxta æquinoctialē, alter aūt ipſe tropicus æſtiuus, ſcire uelim quis ſit circulus ille iuxta æquinoctialē; non em̄ tropicus hyemalis eſſe poterit, ne circulus ipē æquinoctialis aliquid terræ habitabilis obumbret. Item cur non dixerit inter circulū iuxta æquinoctialē, & circulū iuxta tropicum æſtiuū, hoc eſt cur non bis præpoſitionē latinā iuxta, pro græca κατὰ bis poſita expſſit? Non ſic umbratilis eſt Ptolemaica dictio, ſed per quā luculenta, utpote quæ diſtantiā denotat int̃ duas armillas cōprehenſam, quaꝝ altera quidē circulum æquinoctialē qui in cœleſtibus eſt, altera aūt tropicum æſtiuū repræſentat. Similis uerboꝝ turba deinceps ſequtur, auſtraliori inquit ſemicirculo per mediū ſigniferi circulū ſuper terrā conſtituto. Vbi intelligentius diceret fidus quiſpiā Interpres auſtraliori ſemicirculo eius qui ꝑ media ſigna eſt circuli, ſuper terrā conſtituto. Quod deinceps ſequit̃ infantiā traductoris palā indicat. Ne ultra ipm̄ inquit quædā additio fiat &c̃. ἐπιπρόσθησις quippe non eſt additio ſed obumbratio aut occultatio nam ἀπὸ τοῦ ἐπιπροσθέω formatur nō ἀπὸ τοῦ ἐπιπροστίθημι ut exiſtimaſſe uidet̃ Interpres hoc uno uocabulo a mēte auctoris longe auerſus. Cæterū omnia exēplaria græca quæ uſquā diligenti & longa inquiſitione cōperimus hoc in loco mēdoſa uident̃, quæ res quoq; errorem Interpretis adauxit, quo minus gręci ſcriptoris ſn̄iam intelligeret. Nolim aūt temerarius a quopiā iudicari, ut qui latini hoīs interpretamenta excribrare aggreſſus ſim, nunc limites ſtatutos tranſiliā, græca etiā correcturus exēplaria. At ſi cuiquā forte pro arbitrio ſuo contēdere libeat is prius dicat quonā pacto auſtralior ſemicirculus ſigniferi habitabilē ſeptentrionali ſemiſpherio ſuppoſitā obumbrare queat. id em̄ græca ac ſupius adducta dictio ſignificat, quū illuc uſq; nequaquā protendat̃. Fruſtra igitur Ptolemæus monuit dictū auſtraliorem ſemicirculū ſupra terrā ſtatui debere. Quapropter τὸ δ' ὑπὸ τοῦτο uitio quocunq; interiectū eſſe crediderim Ptolemęi uerbis, quæ uel talia ab initio fuiſſe uident̃. ἵνα μή τις ἐπιπρόσθησις γίνηται τῆς οἰκουμένης, πρὸς τῷ βορείῳ τιθεμένης ἡμισφαιρίῳ, uel ad hunc modū. ἵνα μὴ δ' ὑπὸ τοῦ βορειοτέρου τις ἐπιπρόσθησις γίνηται. καὶ τὰ λοιπά. Q̃ quidē pro ὑπὸ τοῦτον inepte dixit ultra ipm̄ præpoſitione græca ὑπὸ nunq; ultra ſignificante. id cōdonamus miſello Interp̄ti. Q̃ aūt uiciatū Ptolemæi textū tanquā integrū, & a mēda omni imūnē, ſecure, imo ſtolide interp̄tari tentauit, id ꝓfecto ueniā haudquaq; inueniet, quū potiſſima Interp̄tis facultas cōſiſtat in cognitione rei traducēdę, quā ſi tenuiſſet traductor exēplar mēdoſum in primis redintegraſſet. Noſtrā aūt in hoc loco emendationē, non eſſe abſentaneā, ab auctoris mēte uel hinc maxīe perſpicuū erit. Nā ſi auſtraliorē ſigniferi ſemicirculū ſub terra poſueris, ſeptentrionalior eiuſdē ſemicirculus ſupra terrā neceſſario ſtatuetur. ſ. inter uiſum & ſeptētrionalē habitabilis nr̄æ partē, atq; idcirco quandā dictæ habitabil' portionē uiſui occultabit. Talē itaq; obumbrationē declinare uoluit Ptolemæus, ſtatuēs ſemicirculū ſigniferi auſtralē ſupra terrā, hoc eſt ſeptentrionalē ſemicirculū ſub terra, ut tota habitabil' nr̄a cerni queat. Qui melius ſeſe intelligere cōfidit in mediū afferat ſn̄iam ſuā nos interim ad alia deinceps ꝓpabimus ubi auctoris ꝟba hęc legunt̃. ὅτι μὲν οὖν τούτων ὑποκειμένων, οἱ μὲν εἰρημένοι μεσημβρινοὶ μίας εὐθείας τῆς κατὰ τὸν ἄξονα ποιήσουσι φαντασίαν, ἅτε τῆς ὄψεως ἐν τῷ δι' αὐτῶν ἐπιπέδῳ πιπτούσης. καὶ ἔτι ὁ διὰ Συήνης εὐθείας ποιήσει φαντασίαν, ὀρθῆς οὔσης ἐκείνης διὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν καὶ τὰ λοιπά. Vbi Interp̄s
„ hæc habet. Q̃ igit̃ ſubiectis his dicti circuli
„ meridiani unius rectę lineę ſcd'm ipm̄ axem
„ præbeant phantaſiā, tanquā aſpectu ipſo ca
„ dente per illos in plano, et ꝙ parallelus Sye-
nes rectus ſit ad illā, ex ſimili rōne et reliqua. Vide q; breuis uerboꝝ tranſpoſitio mentē auctoris abſcōdit. Ptolemæus qdē hanc ferme ſn̄iam inuit, quaſi uiſus cadat in plano, ꝑ eos ſubaudi ducto. Interp̄tis aūt uerba hunc reddūt ſenſum q̄ſi uiſus cadat ꝑ eos in plano, hic quidē caſum uiſus ꝑ ipſos circulos meridianos inſinuat, ille ꝟo caſum uiſus per planū. Quod aūt ſequit̃ traductoris interp̄tamentū alienius eſt a mēte Ptolemęi, qui parallelū Syenis rectę lineæ apparentiā facere autumat lineæ. ſ. erectæ exiſtētis ſubaudi ad prædictā meridianoꝝ apparentē lineā. At traductor ipm̄met parallelū rectū eſſe ad illā uidelicet meridianoꝝ lineā ex ſimili rōne interpretat̃, & quidē abſurde. Nam etſi parallelus talis rectus ſit ad lineā meridianoꝝ repræſentatricem, non tn̄ illud eſt ex ſimili rōne. i. quia uiſus incedit per planū paralleli, ſed ex alia, quia uidelicet ꝑallel⁹ ad planiciē meridianoꝝ rectus eſt. Sed qm̄ hæc res penitus enucleari neqt, niſi altiori ex geometricis repetitiōe utāur, q̊d reliquū eſt a cōmentarijs geographicis petendum erit. Non enim cōmentationem in præſentia facere polliciti ſumus, ſed errata traductoris curſim indicare. Itaque deinceps hominis ineptiam dę

tegemus quæ ad hæc Ptolemæi uerba refertur.
πῶς δ᾽ ἂν μεθοδεύοιμεν τὴν καταγραφὴν ὁμοίαν ὡς
ἔνι μάλιστα ταῖς ὀπτικαῖς διατυπώσεσιν πρόχειρον ἡ=
μῖν ἔσαι τόνδε τὸν τρόπον. Interpres. Quomodo
„ autẽ inquit oſtendamus deſcriptionẽ ſimi=
„ lem quã maxime fieri poſſit, in imaginibus
„ oculorum facile nobis erit in modum hunc,
Similem bone uir ais, cui nã quæſo? Iam omiſſa
præpoſitione in, dic ſimilem imaginibus oculo
rum, Quibus obſecro oculorum imaginibus?
Sed iniquæ forſitan cauſari uidemur Interpre=
tis ruditatẽ, ſi non prius breue aliquid de men=
te auctoris proferamus. Statuatur itaq; oculus
cuiuſpiam egregius pictorum in eo ſitu, quem
auctor ſuperius indicauit, ſintq; magnitudines
ſphæræ armillaris, & terræ, congruentes ſibi in
uicem, & prædicto oculi ſitui, pictor ipſe am=
bas iterum atq; iterum ut aſſolet contemplans
HISPANIA MAXIMA Europę regio, terris optimis cõparanda, nullis poſthabẽda, frugũ copia, ſiue ſoli vbertatẽ, ſiue vinearum prouentus, ſiue arborarios reſpicere velis: omni materia affluit, quęcunq; aut precio chara eſſe poſſit, aut vſu neceſſaria, adeo, vt non ipſis incolis tñ, verum etiam Italię, vrbiq; Romę, ad cunctarũ rerum abundantiam ſufficiat. Argentũ, gemmas, & aurũ, ſi requiras, habet. Ferrarijs nunq; deficit, nec cedit vitibus, vincit oleis, nihil ocioſum in ea, nihil ſterile. Non coquunt ibi ſales, ſed effodiũt. Non violento ſole torretur, vt Aphrica, neq; aſſiduis ventis, vt Gallia fatigat̃. Salubritas cœli ꝑ omnẽ regionem ęqualis. Nulla paludum graui nebula inficit̃, ſed marina aura perflatur. Lini, ſpariq; in ea vis ingens, miniȷ certe nulla feracior terra. Curſus amniũ, non torrentes, rapidiq;, vt noceant, ſed lenes, & vineis campiſq; irrigui, eſtuarijſq; oceani affatĩ piſcoſi. In nulla tñ re magis olim cõdemnata eſt, q̃ equorũ pernicitate, quos ibi a vẽto concipi, memorię proditũ eſt. Fuit olim tota Hiſpanię terra (vt nihil obmittatur, quod ad regionis cognitionẽ attinere cognoſcitur) diuiſa, in vlteriorem & citeriorem Hiſpanias. Citerior eadẽ, quę Tarraconenſis ad Pyrenea vſq; iuga protenditur. Vlterior in duas, per longitudinẽ prouintias diuidit̃. In Bethicam & Luſitaniã. Superioribus annis Hiſpania in regna quinq; diuiſa eſt, ſcilicet, in Caſtellę, Arragonũ, Portugalię, Nauarre & Granatę.

DE LVSITANIA.

LVSITANIA quę & hodie Portugalia appellatur, populos habet Hiſpanię fortiſſimos, ſcrutatores inſidioſos, veloces, agiles, atq; verſatiles. Scutis duũ pedum latitudine vtuntur curuis, ad anteriora ſpectantibus, quibus neq; fibula, nec anſa vlla eſt, his in bello ea agilitate vtuntur, vt & ictus, & ſagittas euitent. Gladiolus aut pugio lateri adheret. Plurimi lineos thoraces habent: perpauci loricis vtuntur, aut criſtatis caſſidibus. nonnulli neruatis galeis. Iaculum longe iaciunt, & ſumma arte, in acię diutius ꝑſeuerant. Mobili corpore, leuiq;, vt facile et fugiant hoſtem, & inſequantur.

TABVLA ·III· EVROPAE.

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas tertia Europę tabula complectitur.

Gallia Aquitana
Gallia Lugdunenſis
Gallia Belgica
Celtogallatia Narbonenſis

TERTIA Europę tabula cõtinet Gallias, in quatuor prouītijs, cum inſulis ſibi adiacētib'. Medius ipſarū parallelus rationem habet ad meridianū, quam duo ad tria.

Circumſcribitur aūt tabula
Ab ortu Italia et Rhetia ac Germania
A meridie mari Gallico.
Ab occaſu mōtib' Pyrenęis, & Occeano Aquitanico.
A ſeptē trionib' Occeano Britãnico.

Aquitanię Celtogalatię.

Mediolanium maximā diem habet hor. 15 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria ꝟſus occaſum hor. 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Burdigala maximā diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor. 2 $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{3}$ fere.

Lugdunenſis Gallię

Auguſtodunū maximā diem habet ho. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 2 $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{6}$.

Lugdunū maximā diē habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria, verſus occaſum, ho. 2. & $\frac{1}{2}$ fere.

Belgicę Gallię

Rigiacū maximā diē habet hor. 16 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria ꝟſus occaſum hor. 2 $\frac{1}{2}$ fere.

Durocotturū maximam diem habet hor. 16 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexādria ꝟſus occaſum hor. 2 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Narbonenſis Celtogalatię

Maſſilia maximā diē habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 2 $\frac{1}{3}$.

Narbon & ipſa maximā diem habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{10}$.

Vienna maximā diē habet ho. 15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexā. ꝟſus occaſū hor. 2 & $\frac{1}{2}$.

Neumaſus maximā diem habet horarū. 15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 2 $\frac{1}{2}$.

AREA TABVLAE.

Tertia ergo Europę tabula continet a partib' 15 vſq; ad partes 29 $\frac{1}{2}$. Fitq; Lõgitudo partiū 14 $\frac{1}{2}$. Latitudo ꝟo a partibus. 42. vſq; ad partes. 54. Ita vt Latitudo partium fiat. 12.



Septim⁹ parallel⁹ hʒt diem maiorem hõ ·17·
Sext⁹ hʒt diẽ ma· hõ ·16·½
Quĩt⁹ hʒt diẽ hõ ·16·
CLIMA ·7·
Quart⁹ pal· hʒt hõ ·15·½
CLIMA ·6·
Terci⁹ hʒt hõ ·15·¼
Miliaria ·20·
ALBIONIS INSVLE PARS
OCEANVS BRITANIC·
OCEANVS AQVITANIC·
HISPANIE PARS
GEMANIE PARS
BELGICA
GALLIA LVGDVNENSIS
AQVITANICA GALLIA
NARBONENSIS GALLIA
Morini
Tongri
Ambiani
Beluaci
Menapij
Neruij
Atribatij
Romandi
Germania inferior
Germania superior
Triberi
Vessones
Remi
Parisij
Carnute
Tricasij
Semones
Mediomatrites
Vangiones
Tribon
Leuci
Lingones
Eluecij
Sequani
Eduorgens
Vadicasii
Segusiaci
Auerni
Pictones
Santones
Bituriges Vibisti
Ausij
Tarbeli
Conuenæ
Rutani
Vellenes
Volce Arecomij
Volce Tectosages
Vienna Alobriges
Voconti
Memini
Tricastini
Centr
Salies
Cauarij
Segalaun
Eluocoti
Deciacij
Santonum promont·
Lugdunum Metropol·
Massilia
Arelatum
Agathopolis
Blascon
Stichades
Agatha
Rhodanus fl·
Sequana fl·
Ligeris fl·



TABV. III. EVRO.

GALLIA appellata a candore populi. Gala enim lac dicitur. Triplex eſt, Tonſa ſiue Togata, quę et Ciſalpina dicitur, ſed Italię finibus includitur. Comata cognominatᷣ omnis tranſalpina Gallia. Eam in tres prouintias, a tribus populorū gentibꝰ, hiſtorici diuiſerūt, Belgicam videlicet, Celticā, & Aquitanicā. Terminos illarū ita ſtatuētes, vt a Scalde, ad ſequanam Belgica ſit dicta. Mox Celtica ab eo ad Garundam, quę eadem eſt, & Lugduneñ. Inde ad Pyrenęi excurſum Aquitanica, olim Aremonica vocata. Gallię populos Greci cōmuni appellatione, olim ab eorum regis nomine Celtas dixere, & ab illius matris nomine Galatas. Franci hodie vocantur a Francis Germanię populis, a quibꝰ olim fere tota ſubacta eſt. Ceſar dictator, omnes Gallicas gentes, lingua, legibus, & inſtitutis, inter ſe differre dixit, multa tñ multis cōmunia eſſe, vt factiōes exercere, quę non ſolum in ciuitatibus & pagis, ſed et in ſingulis pene familījs vulgo reperiantur, vt qui ingenio et opibus polleant, inter ſe de principatu contendant, vt cūcta ſuo potius, q̄ꝫ alteriꝰ arbitrio fiant. Quod vt gētile, ita vetꝰ eſſe, nec temere inſtitutū videri, vt tuta plebs eſſet, a potētiorꝝ iniuria, nuſquā gētiū plebs alioq contēptior, quippe quę olim ſeruitīj pene loco haberetur, oīs publici cōcilīj expers, pleriqꝫ tributorū, aut alieni æris magnitudiñe grauati, vulgo ſoliti, ſe nobilioribꝰ addicere, vt a ceterorꝝ iniuria tutiores eſſent, omnes in eos iura, vt in ſeruos habituris. Duo hominū genera in precipuo honore eſſe, Equites & Druides. Alīj Bardos & Vacies Druidibus adīj ciūt. Quorum hīj naturaliū rerum cauſis dediti eſſent inueſtigandis, illi laudationibus & poeticis rebus. Mira fœminarū Gallicarū fœcunditas, vt ter centū et amplius armatorū milia, gens vna Belgica, ad bellum olim mitteret. Victoria ſupra, q̄ꝫ dici poſſit, vincentibus lęta, victis ſtupor. E prelio decedentes, ceruicibus equorū, hoſtium capita ſuſpendunt, eaqꝫ domū delata, vt ſint ſpectaculo, poſtibus affigunt. Illuſtriū virorum capita, cedrinis condientes odoribus, peregrinis oſtentant.

TABVLA ·IIII· EVROPAE·

Hę ſun t ecognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas quarta Europę tabula complectitur.

Germania magna.

QVARTA Europę tabula continet Germaniã magnam, cum inſulis ſibi adiacentibus.

Medius ipſius parallelus rationem habet ad meridianum, quam tria ad quinq;.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Iazygibus, Netanaſtis, et Sarmatia Europę.

A meridie Rhętia, & Norico, & duabus Pannonijs.

Ab occaſu Gallia Belgica, per Rhenũ fluuium.

A ſeptẽtrionibus Germanico occano.

Germanię ciuitates inſignes

Amaſia maximã diẽ habet ho.16 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum horis duabus fere.

Luppia maximã diem habet horarũ 16 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1 $\frac{2}{3}$.

Rhobodunũ maximam diem habet hor. 16. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.1 $\frac{1}{3}$.

Scandia inſula maximam diem habet hor.18. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1.

AREA TABVLAE.

Quarta Europę tabula continet a partib⁹.27 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes.46. Fitq; Lõgitudo partium.18 $\frac{1}{2}$. Latitudo autẽ a partib⁹.46 $\frac{1}{3}$. vſq; ad partes.59 $\frac{1}{2}$. Fitq; Latitudo partium.15 6.


OCEANVS
GERMANICVS
Cymbri
Charudes
Scandie insule
Alocie insule
Chali
Sabalingij
Saxones
Auiones
Teutonoari
Angli
Teutones
Calucones
Semnones
Silinge
Luty
Lugi
Sidini
Eluones
Busatori minores
Sueui
Cheruci
Casuari
Nertane
MAGNA
GERMANIA
Chaute
Tubanti
Variste
Sudini
Gabreta silua
Orcynia silua
Luna silua
Mons
SARMATIAE PARS
GALLIE PARS
Rhetie pars
Vindelicie pars
norici pars
panonie superioris pars
panonie inferioris pars
Iazigum metanestarum pars
danubius fl.
Bemigethe magna
Sudete montes
Asciburgius Mons
Carpates Montes
Adula mons
Albis fl.
Visurgis flu.
Amasius fl.
Viadus flu.
Vistula fl.
Suevus flu.
Chalusus fl.
OCEANVS
26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47
49 48 47 46 45 44 43 42 41 40 49 48 47
miliaria 40

TABV. IIII EVRO.

MAGNAE Germanię ſitus in hac tabula comprehenditur. Quapropter de ea aliquid hic ꝓferre licet. Germania igiť regio, adeo amœna eſt, adeo pulcherrimis, nitidiſſimiſq; vrbibus, caſtriſq;, & pagis, paſſim exornata, vt nec Italię, non Gallię, non Hiſpaniæ, ipſa cedat. Cœlum ſatis clemens habet, campi fertilitatem optandã. Sunt colles aprici, nemora opaca, frumentorũ abundãtia, vitiferi montes, clariſſimi amnes, Rhenus, Danubi⁹, Moganus, Albis, Neccharus, Sala, Odera, Et alij q̃ꝑ plurimi riui limpidiſſimi, totã terrã rigantes. Sunt fontes dulcis aquę, ſunt termę calide, ſunt minerę ſalis plurimę. Metallorum item fertilitate, nullis terris cedit, Vniuerſa Italia, Gallia, Hiſpania, argentum ex Germanię negociatoribus fere omnes habent, metallaq; non parum multa, nec auro eſt priuata: Dicta aũt eſt Germania, recẽtiori appellatiõe, ꝙ eius populi fere omnes inter ſe; perinde ac fratres, pares exiſterent, tum corporũ diſpoſitione, tum moribus, atq; viuendi ritibus. Prius Teutonia, a Tuiſcone Noe filio, et Alemania, a Manno, eius filio, qui gentis authores cõditoreſq; memorantur, vocitata fuit. Quis pleriq; gentẽ indegenã, id eſt, inde genitam, nec aliunde prouectã, arbitrenť. Prœlium ituri Germani, ſacrum hymnũ Herculi canebant, quem volebant aliquãdo in eam terrã veniſſe, graui & terribili ſonitu, non diſſono, cęteris ad terrorem queſito, pugnam capeſſebant. Truces oculi pluribus, ac cerulei, rutilę comæ, procera corpora. Ad primos impetus ſubita & pręceps natura. Cæterum laborum operumq; impatientes, Sitim & eſtum, vt Galli, non ferunt, frigorũ patiẽtiſſimi. Auri & argenti his olim nullus vſus. Argẽtea vaſa eorum legatis data, aut principib⁹ muneri miſſa, non minori contemptu, q̃ꝑ fictilia tractabant. Secus autẽ modo euenit, nam pre cœteris id genus metallorũ amãt, et pro eis acquirendis, animam & corpus difficultatibus tradunt.

TABVLA ·V· EVROPAE.

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis
quas quinta Europę tabula complectitur.

Rhętia & Vindelicia.
Noricum.
Pannonia ſuperior.
Pannonia inferior.
Illyris.
Liburnia.
Dalmatia.

EVROPAE tabula quĩta cõplectitur Rhætiã, & Vindeliciã, ac Noricũ, duaſq; Pannonias, & totam Myridem, cum inſulis ſibi adiacentibus.

Medius eius parallelus rationẽ habet ad meridianum, quã quadragintatria ad ſexaginta.

Circumſcribitur aũt tabula

Ab oriente Iazygibus, Metanaſtis, et Myſia ſuperiori.
A meridie parte Macedonię, & ſinu Adriatico, & parte Italię.
Ab occaſu parte Gallię.
A ſeptẽtrionibꝰ Germania, per fluuiũ Danubium.

Rhętię

Brigantiũ maximã diẽ habet hor. 15 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria ꝟſus occaſum horis duabus.

Vindelicię

Auguſta Vindelicorũ maximã diem habet horarũ. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Norici

Aredate maximã diẽ habet hor. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor. 1 $\frac{2}{3}$.
Iulium Carnicũ maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. & quid parum. Diſtatq; ab Alexandria verſus occaſum hor. 1 $\frac{2}{3}$.

Pannonię ſuperioris

Petonium maximam diem habet ho. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{2}$.
Sacarbantia maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Emona maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{2}$ & aliquid plus. Diſtatq; ab Alexãdria verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Pannonię inferioris


Serbinum maiorem diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria, verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$
Sirmium maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hora. 1.

Illyridis

Iadera Liburnię maximã diem habet hor. 15 $\frac{2}{3}$. fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Sidrona maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ fere. Et diſtat ab Alexandria ad occaſum hora. 1.
Salonę Dalmatię maximã diẽ habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria ꝟſus occaſum hora. 1.
Narbona maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{4}$ fere. Et diſtat ab Alexãdria ꝟſus occaſum hora. 1.
Scardona inſula maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{3}$ fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$ fere.

AREA TABVLAE.

Quinta Europę tabula cõtinet a partibꝰ. 29 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes. 47. Et fit Lõgitudo partiũ. 17 $\frac{1}{2}$. Latitudo a partibꝰ 41 vſq; ad. 48. Fitq; Latitudo partiũ. 7.


MAGNE GERMANIE PARS
Carpatus mons
IAZIGV METANA
STAR PARS
DATIE PARS
PANONIA SVPE RIOR
PANO NIA IN FERIOR
danubius fl.
RETIA
VINDELICIA
NORICV
HISTRIA
Venetias
SINVS
HADRIATICVS
ITALIE PARS
ILLY RIS
LYBVR NIA
DALMATIA
Mysie Superioris pars
MARE
LIGVSTICVM
CVRSICE PARS
MACEDONIE PARS
Alpes

TABV · V · EVRO ·

SVPREMA portio totius Germaniæ Sueuia eſt, duobus clariſſimis fluminibus, Rheno, et Danubio irrigata. Quorū alter modico fluxu in occidentem Oceano miſcetur. Hic e diuerſo in orientē per innumeras gentes volutatus, pontum influit. Terra partim plana, partim montoſa. Ager fertilis, cuiꝰ nulla pars inculta iacet, pręter, quā aut lacus, aut montes, vel ſiluę occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti venatio frequens, aucupiū peculiare, frumentorū abundantia, pecorum magna vis. Cōualles plurimę, perennis riuis, clariſſimi vndiq; amnes porcurrnnt, qui ſe vniuerſi in Rhenum & Danubiū exonerāt. Tota inſuper prouintia ſalubritate gaudens, celebratiſſimis vrbibus, vicis, et caſtellis refertis. Arces excelſę, natura & arte munitę. Et (quod ad Chriſtianā religionē ptinet) pulcherrimis atq; ditiſſimis templis, collegijs, monaſterijs variorum ordinum, ſexus vtriuſq;. Baſilicis, parrochialibuſq; eccleſijs eſt exornata. Circa montes ferrū, argentū, & metalla procreat. Gens populoſa, fortis, audax, et bellicoſa, procera corpore, flauo crine, venuſta facie, & decora. Ingenio ſingulari predita, pręſtantiſſima Germanorum a Plutarcho dicta.

DE BAVARIS.

BAVARIA Germaniæ prouintia, ab Auaribus Hunnorū reliquijs, qui Noricis expulſis, in ea terra conſedere, adiecta B littera, appellata. Baioaria etiam a Baijs ciſalpinę Gallię populis, his locis aliquando moratis dicitur. Noricū olim fuit. Hungariā ab oriente habet, ab occidente Sueuiam, a meridie Italiam, a ſeptentrione Franconiam atq; Boemiam. Danubio inſigni fluuio ex Sueuia profluente irrigatur. Auſtriā, Styriam, & Carinthiam in ſe comprehendit, ꝙ ijdem fere homines, ijſdem moribus atq; lingua vtantur. Noricis præterea finibus quondam contenti erant. Beatus Lucius Britanniæ rex primū, deinde Rupertus, vltimo Bonifacius Mogūtinus archiepiſcopus Chriſtianā pietatem edocuit. In quatuor epiſcopatus Bauaria diuiditur. Saltzburgeñ. Patauieñ. Phriſingeñ. & Ratiſponeñ. Nulla Germaniæ prouintia pluribus, cultioribuſue vrbibus illuſtratur. Gētis mores, viuēdiq; inſtituta, ex legibꝰ, quas orthodoxa fide recens ſuſcepta habuere, cognoſci poſſunt. Victus eorū caules et porcorum carnes, quorū capitibus ſpecialiter oblectant̄ in conuiuijs.

TABVLA ·VI· EVROPAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas ſexta Europę tabula complectitur.

Italia.

Cyrenos inſula.

SEXTA Europę tabula continet Italiã totã, et Cyrnum inſulã, cũ inſulis Italię adiacentibus.

Parallelus ipſi⁹ medius rationẽ habet ad meridianũ, quam tria ad quatuor.

Terminatur aũt tabula

Ab ortu ſinu Adriatico, & Ionio pelago.

A meridie, partĩ Adriatico, et Tyreno, necnon Liguſtico mari

Ab occaſu Alpiũ montibus, qui iuxta Galliam ſunt.

A ſeptẽtrionibus alpiũ, qui ſub Rhętia & Vindelicia ſunt, montibus, ac Alpino mõte, qui ſub Norico eſt, vocaturq; Caruãga, et parte ſinus Adriatici.

Inſignes Italię Ciuitates

Rhoma regia maximam diem habet ho.15 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria vſus occaſum hor.1. $\frac{1}{2}$.

Nicea Maſſilienſium maximã diem habet hor.15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.2 $\frac{1}{12}$.

Tarracinę maximã diem habẽt hor.15. Et diſtãt ab Alexãdria vſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$.

Neapolis maximã diem habet hor.15. fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1. & $\frac{1}{3}$.

Brundusium maximam diem habet hor.15 fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1 & $\frac{1}{3}$.

Ancon maximam diem habet horarũ 15 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$.

Rhauenna maximã diem habet hor. 15 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1. $\frac{2}{3}$.

Aquilegia maximã diẽ habet ho.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ fere.

Beneuentus maximã diẽ habet hor.15. Et diſtat ab Alexandria vſus occaſum hor.1 $\frac{1}{4}$.

Capua maximam diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexãdria vſus occaſum hora 1. $\frac{1}{3}$.

Cyrni inſulæ

Valeria maiorẽ diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.2. fere

Mariana maximã diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.2. fere.

AREA TABVLAE.

Sexta Europę tabula cõtinet a partib⁹ 27 $\frac{1}{2}$. vſq; ad ptes. 43. Et fit Lõgitudo partiũ 15 $\frac{1}{2}$. Latitudo a partib⁹ 37 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. vſq; ad partes 45 $\frac{1}{4}$. Et fit Latitudo partium 7 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.


TABU LA·VI· EURO·
MARE HADRIA TICUM
MARE TYRENUM
ITA LIA
Gallie pars
Sardinie pars
Sicilie pars
Roma
Venecia
Mediolanu
Cremona
Verona
Ravenna
Capraria
planasia
Miliaria·44·
Milia·47·
Milia·49·
Clima·6·
Clima·5·
29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43
45 44 43 42 41 40 39

TABV. VI. EVRO.

IN HAC ſexta Europę tabula Italia ſituať. Quæ olim Heſperia, ab Heſpero Atlātis fratre dicta eſt. Siue (vt Macrobius inqt) ab Heſpero ſtella, ꝙ illiꝰ occaſui ſubiecta ſit. Et eſt regio, metallis grauida, Vbiq; vitalis, et pennis ſalubritas, eximia cœli temperies, campi fertilitas, aprici colles, innoxij ſaltus, opaca nemora, munifica ſiluarum genera, mira frugum, vitium, et olearū fertilitas, nobilia pecori vellera, opima tauris colla, ꝑſpicui et piſcoſi lacus, flumina fonteſq; ſaluberrimi, portus plurimi, ipſa auide, ad mortales iuuādos, in maria procurrēs, & velut gremium omniū gentiū cōmercio pandens, vt fere dicta ſita quibuſdā, terrarum omniū alumna, atq; eadē parens, cœleſtiū prouidentia electa, quę ſparſa congregaret imperia, molliretq; efferatarū gentiū ritus, diſcordes ad colloquia linguas, munere litterarum, latinoq; ſermone congregaret. Color Italis, & ſtatura pene diuerſa eſt in ciſalpina Gallia, Venetoq; receſſu. Color vulgo candidus, cultꝰ & ſermo accuratior. Contra in Hetrurię tractu latio, Campania, Lucinia, & Brutijs, capillus niger, breuior ſtatura, & macilenta, ſermo et cultus ſimplex. Omnia ſimilia in Piceno, & his qui ſuperi maris orā accolunt, in magnā Greciā vſq;, niſi ꝙ in Apulis, Calabris, et his qui extremā tenent Italiam, victus & ſermo cum Grecis promiſcuus durat. Tota Italia, vt omnis fere Europa, vno matrimonio ſemper contenta fuit. Italia hodie omnis, Chriſtianā pietatem religioſiſſime obſeruat, ſacrorum cerimonia ex Rhomanę eccleſię inſtituto, niſi forte in vltima eius terrę parte pauci grecū ſeruēt ritū, et ipſi qdē Greci generis vnū cōnubium Italis vt olim, ſed citra repudiū, neq; id ꝑmittitur, niſi magna de cauſa, Rhomaniq; pōtificis ꝑmiſſu. Triplici iure vtitur Italia, Pontificio, Cęſareo, & municipali. Conſtat hoc ex legibus. Quas alię ciuitates, alia ſibi de cauſa condūt, ad bonum ęquūq; ſpectāt, Iudicia rerū, ciuiliūq; negociorū hic iudicum ordines exercēt, illic magiſtratꝰ, nā non vna vbiq; eſt regiminis forma. Prima nobilitas militię, ſi fœlix ſit. Sequēs rei litterarię. Sacerdotiū magis q̄ nobile venerať. In claritudine literarū Theologi ſibi partes vendicant. Secundas ab his, iuris ſcientię periti. Sunt & Medici in admiratione, ſed maiori queſtu. Mathematici, Dialectici, Aſtronomi, et poetę magis inter ſe clari, q̄ vulgo conſpicui. Grāmatici extremi oīm, vt qui inter pueros cōſeneſcant. Eſt & ſacris Oratoribus grande nomē, ſed maior veneratio, ob pietatis ſtudiū. Ffrequentiori agūt theatro, q̄ forenſes. Italorū itē varius amictus, centies maiori, q̄ victus ſumptu conſuetꝰ. Sericis etenim ſtragulis non tm̄, ſed & auro & cocco ſe veſtiunt. Salatucium aūt exiguum ſatis largam exhibet refectionem.

TABVLA ·VII· EVROPAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas ſeptima Europę tabula complectitur.

Sardinia inſula.
Sicilia inſula.

EVROPAE tabula ſeptima continet Sardiniam et Siciliã inſulas. Parallel⁹ ipſius medius rationem habet ad meridianu, quã quatuor ad quinq̧.

Circumſcribitur autẽ tabula
Ab omni parte pelago.
Ab ortu Adriatico.
A meridie Aphricano.
Ab occaſu Sardoo.
A ſeptemtrionibus Liguſtico & Tyrrheno.

Sardinię inſulę

Suſalcos maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$ Et diſtat ab Alexãdria ṽſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Carallis maximã diem habet ho.14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Turris Byſſonis maximã diem habet horarũ 14.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.2. fere.
Gurullis noua maximam diem habet ho.14.$\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.2.


Sicilię

Lilybeum maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria ṽſus occaſum hor.1.$\frac{1}{2}$.
Syracuſę maximã diẽ habẽt ho.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$ Et diſtãt ab Alexãdria verſus occaſum hor.1.$\frac{1}{3}$.
Meſena maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1.$\frac{1}{3}$.
Centuripæ maximam diem habent hora.14.$\frac{2}{3}$. Et diſtant ab Alexandria verſus occaſum hor.1.$\frac{1}{3}$.
Segeſta maximã diẽ habet hor.14.$\frac{1}{2}$. et quid parũ. Diſtatq̧ ab Alexandria verſus occaſum hor.1.$\frac{1}{2}$.
Catana maximã diem habet ho.14.$\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1.$\frac{1}{3}$.

AREA TABVLAE

Septima Europę tabula cõtinet a partibus.29 $\frac{1}{3}$. vſq̧ ad partes.40. Fit q̧ Longitudo partium 10 $\frac{2}{3}$. Latitudo autem a partibus.35 $\frac{1}{2}$. vſq̧ ad partes.39 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Fitq̧ Latitudo partium.4 $\frac{1}{4}$.

Milia.47.



Milia.50.

ii.parall. hn̄s diem maxi.ho: 14.½.¼.

Cli. 4.

10.pa: habēs diem maxi. hora. 14.½.

TABV. VII EVRO.

SARDIS Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus, Sardiniam occupauit, et ex ſuo vocabulo inſulę nomen dedit. Hæc in Aphrico mari, facie veſtigij humani, tam in Oriẽtem, q̄ꝫ Occidentem latior prominet, ferme paribus lateribꝰ, quę in meridiem & ſeptentrionem vergunt. Terra patens in longitudine miliaribus.140. In latitudine.40. In ea necꝫ lupus, ſed ſolifuga tm̄ animal exiguũ, hominibus perniciosſum. Venenum quocꝫ non naſcitur ibi, niſi herba, per ſcriptores plurimos & poetas memorata, Apiaſtro ſimilis, quę hominibus riſum contrahit, et quaſi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam prebentes, furibus cecitatẽ, ſi ſacramẽto dato, oculos aquis eius tetigerint.

DE CORSICA.

CORSICAE Inſulę exordium Ligures dederunt, appellãtes eã ex nomine ducis. Nam mulier quędã Ligur, Corſica nomine, cum taurum ex grege, quẽ prope littora regebat, tranſnatare ſolitum, atcꝫ per interualla, corpore aucto, remeare videret, cupiẽs ſcire incognita ſibi pabula, taurũ e cęteris digredientẽ, vſcꝫ ad inſulam, nauigio proſecuta eſt, cuius regreſſu, inſulæ fertilitatẽ cognoſcentes, ligneis ratibꝰ illic profecti ſunt, eãcꝫ nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt, Hęc Gręce Cyrene dicit̃, a Cyreno Herculis filio inhabitata.

TABVLA ·VIII· EVROPAE.

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Prętecturis quas octaua Europę tabula complectitur.

☞ Sarmatia in Europa. ☞
Taurica Cherſoneſus.

OCTAVA Europę tabula continet Sarmatiā, quæ in ea eſt, et Tauricam Cherſoneſum.

Parallelus ipſi⁹ medius, rationē habet ad meridianum, quam vndecim ad viginti.

Terminatur aūt tabula

Ab ortu Boſphoro cīmerico, & Męotide palude, ac Tanai fluuio, iuxta Sarmatiam, quæ in Aſia eſt.
A meridie pōtico mari, & parte Myſię inferioris, et Dacia, ac Iacygibus Metanaſtis.
Ab occaſu montibus Sarmaticis appellatis, ac Germania, & Viſtula fluuio.
A ſeptētrionib⁹ Venedico ſinu, et Sarmatico oceano, ac terra incognita.

Sarmatię inſignes ciuitates


Tamyraca maximā diē habet horarū ęquinoctialiū.16. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius æquinoctialis parte.$\frac{1}{13}$.fere.
Naubarū maximā diē habet hor.16.$\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius parte.$\frac{1}{12}$.
Olbia, quę & Boryſthenes, maximam diem habet hora.16. & $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horæ $\frac{1}{6}$.

Tauricę Cherſoneſi

Theodoſia maximā diem habet hora. 15.$\frac{1}{2}$.$\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horę vnius parte quīta, et aliqd plus.
Panticapęa maximā diem habet hor. 15.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Diſtatq; ab Alexandria ad ortum quarta parte horę vnius.

AREA TABVLAE

Octaua Europę tabula continet a partibus.42.$\frac{1}{2}$. vſq; ad partes.72.$\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partiū.30. Latitudo a partibus 46.$\frac{2}{3}$. vſq; ad partes 63. Fitq; Latitudo partium 16.$\frac{1}{3}$.





MARE SARMATICVM
Gothia
Scandia
Venedes
Gythones
Chronon A
Sudini
Gelidani
Venediti montes
Sulones
Phrungudiones
Auarmi
Anarthophracti
Arsiete
Burgiones
Sabon
Ombrones
Gillones
Cariones
SARMATIA
EVROPE
Amodoci
Nauari
Amodoca palus
Basterne
Peucini
Carpiani
Bodoni
Tageri
Olbia
Odessus
Carpatus mons
Thiras A.
Dacie pars
Misie pars
Sar ma tici mon tes
GERMANIE
PARS
Carbones
Carcothe
Sale
Aorsi
Sauri
Chesenus A.
Borusci
Aribi
Vbiones
Idre
Sturni
Alaunus mons
Alauschite
Ozyli
Sargaty
Reuchali
Amazobii
Iazyges
Tanaite
Ophilones
Tanais A.
Ares Cesaris
fons Tanais
Alexandri Are
Hiberborei montes
SARMATIE
ASIATICE
ARS
Alopena
PALVDES MEOTIDES
Bicus palus
Bosphorus Cimerius
Tauri
Thau rica cher so nesus
PONTI
EVXINI PARS
Miliar. 32½
Mil. 40

TABV. VIII. EVRO.

POLONIA Europę regio, vaſta
et plana, vnde & hoc nomē accepit.
Significat enim Sclauonica lingua,
qua & ipſa vtitur, Pole planũ, Sar-
matia alio nomine vocata. Hęc Sleſię
ad orientem cõtermina eſt. Prutenis
et Maſſouitis a ſeptentrione. Ab ori-
ente Ruthenis. A meridie Hungaro
Carpato monte, quem Crapak accolę vocant, interiacēte.
Hæc in partes duas diuiditur. Quarum quę Saxonibus,
prutenisq; vicina eſt, maior Polonia dicit̃, Altera Hunga-
rię ac Ruſſię obiecta, minor vocata. Regnum vniuerſum,
in quatuor velut regiones diuiſum, quas in orbem rex
quottannis inuiſit. Singulæ ternis menſib⁹ alunt regem,
regiũq; comitatum. Cæterum ſi caſu concilioue is in vna
regni parte diuti⁹ eſſe pſeuerauerit, nihil debet̃ ipſi ampli⁹.
In Cracouia celebri & ampliſſima vrbe, regia eſt, totiuſq;
regni gaza. Cęteræ ciuitates parum nitidę ſunt, ex maceria
domus fere omnes cõpoſitæ, pleręq; luto collinitę. Plaga
regionis nemoroſa. Gens in vniuerſum prudēs, multaq;
comitate in hoſpites. Bibaciſſimũ genus hominum, to-
tius ſeptētrionis, ſed rarus vini vſus, ignotuſq; gēti oīs vi-
nearum cultus. Fictitia ex tritico, aliiſq; generibus ſeminũ
potio in vſu eſt. Solum ferax, triticoq; abundans. Eſt et
paſcuis idoneũ, armēta late paſcunt̃, Venatio multiplex.
Equus ſilueſter, ceruino cornu, bos ferus, quē Vrum vo-
cant Rhomani. Plumbũ dumtaxat ex omnibus metallis
fodiunt Poloni, & ſalem ſaxorum duritie, nullũq; toto
regno vberius vectigal. Mellis copia tam ingens, vt non
ſatis illis atq; Ruthenis loci ſuperſit, quibus illa recondãt,
arbores nãq; montes, & ſiluę, aluearibus mellificantium
nigricant. Litterarum figuratio & gentili, & Grecanico
mixta. Promiſcuus & fidei ritus, in Rhomanũ & Grecũ.
Virorum & mulierum veſtitus Grecanico ſimilis.

TABVLA ·IX· EVROPAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas nona Europę tabula complectitur.

Iazyges Metanaſte.
Datia.
Myſia ſuperior.
Myſia inferior.
Thracia.
Cherſoneſus.

EVROPAE tabula nona cōtinet Iacyges Metanaſtas, daciā, vtrāq; Myſiā, Thraciā, et cherſoneſum.

Medius ipſius parallelus rationem habet ad meridianum, quam .43. ad .60.

Terminatur autem tabula
Ab ortu pōtico mari, & Thracio Boſphoro, atq; propōtide, et Helleſpōto.
A meridie Aegeo pelago, & Macedonia.
Ab occaſu Pannonia inferiori, ac Dalmatia.
A ſeptētrionibus Sarmatia, quæ eſt in Europa.

Iacygum

Gormanum Iacygum maximā diem habet hor.16. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1.

Dacię

Salinę maximā diem habet ho.15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius $\frac{2}{3}$.
Zarmiſegethuſa regia maximā diem habet hor.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor.1. fere.

Myſię ſuperioris

Rhætiaria maximā diē habet ho.15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę $\frac{2}{3}$.
Scupi maximā diem habēt hor.15 $\frac{1}{6}$. Et diſtāt ab Alexandria verſus occaſum horę $\frac{2}{3}$.

Myſię inferioris

Odiſſus maximā diem habet ho.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius partē tertiā.
Oeſcus maximā diem habet ho.15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ Et diſtat ab Alexādria v̸ſus occaſum horę vnius partē $\frac{2}{3}$.

Thracię


Aenus maximam diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexādria v̸ſus occaſum horę vnius $\frac{1}{2}$.
Apollonia maximam diem habet horarum.15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius $\frac{1}{3}$.
Conſtātinopolis, vel Bycantiū, maximam diem habet ho.15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor. $\frac{1}{12}$.
Perinthus maximā diē habet ho.15 $\frac{1}{6}$. Et diſtat ab Alexādria v̸ſus occaſum horę vnius $\frac{1}{3}$.
Nicopolis maximā diē habet ho.15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexādria v̸ſus occaſum hor. $\frac{1}{2}$.
Lyſimachia maximam diē habet horarū 15. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius $\frac{1}{3}$.
Pręconeſus maximam diem habet hora.15 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius tertiā fere partē.

Cherſoneſi

Elæus maximā diē habet hor.15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{10}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius $\frac{1}{3}$.
Seſtos maximam diem habet hora.15. Et diſtat ab Alexandria v̸ſus occaſum horę vnius $\frac{1}{3}$.

AREA TABVLAE

Nona Europæ tabula continet a partibus 42 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes 57 $\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partiū 15. Latitudo a partibus 40 $\frac{2}{3}$. vſq; ad partes 48 $\frac{1}{2}$. Fitq; Latitudo partium 7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.


Carpatus mons
AZI GES META NASTES
Pannonie inferioris pars
Danubius flu
Predasensij
Biephi
Buredensij
DATIA
Potulatensij
Ciagisti
Rathacensij
Certoboei
MISIA INFER.
Epiarensij
Troglodite
Cotensij
Sensij
Piephigi
Dimensij
Borustenes
PONTI EUXI NI PARS
CLIM. 6
Illiridis et liburnie pars
Triconesij
MISIA SUPERIOR
Dalmatie pars
DARDA NIA
Saus fl.
Narbon fl.
Hemus mons
Sardica
Philippopolis
Dattia
Abdera
Sama
Mons athos
Orbelus mons
Macedonie pars
ADRIATICI MA RIS PARS
Thassalia
Samothrace
Lemp nos
MARIS EGEI PARS
Ponti et bitinie pars
Asie minoris pars
Alexandria troas
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58

TABV · IX · EVRO ·

HVNGARIA nũc ſane ea regio eſt, quæ olim Pannonia fuit, licet hæc hodie illius fines non omnino impleat, nec tã late quõdã patuit, q̃ hodie Hũgaria. Enimuero a laytha flumine inferiorem tm̃ Pannoniam vſꝗ ad Sauum amnem complexa, vltra Danubium, Poloniã attigit, terrãꝗ complectiť, quã Gepidę et Daci tenuerũt. Pateꝗ imperium gentis, multo latius, q̃ terrę nomen. Erat hæc terra (vt priſci rerũ ſcriptores habent) nouẽ circulis, quos Hagas Germanica lingua dicimus, circũdata. Quorum ſinguli ita ſtipitibus quernis ſiue fagineis vel abiegineis extructi erant, vt de margine ad marginem viginti pedũ ſpacium tenderetur in latum, totidẽꝗ erigereť in altum. Ciuitas autem vniuerſa, aut duriſſimis lapidibꝰ, aut tenaciſſima creta repleretǐ. Porro ſuperficies vallorũ eorũdem integerrimis ceſpitibus tegeretur. Inter quorum confinia, arbuſtulę plantatę erant, quæ abſciſę, proiectęꝗ, vt plurimũ herbas & frondes proferebant. De primo aũt circulo ad ſecundum, viginti miliaria teutonica protendebantur, et inde totidem ad tertiũ, & ita vſꝗ ad nonũ, q̃uis alius alio ſemper contractior erat. Intra hos aggeres vici villęꝗ ita conſtitutę, vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur. Aedificia validiſſimis muris præmunita. Portę non ſatis latæ, propter hanc cauſam, vt per eas latrocinandi gratia, quaꝗuerſum exire ingrediꝗ facile poſſent. Tubarũ clangore vnus circulꝰ, alteri cuiuſꝗ rei certa ſigna dabat. Vrbs Hungarię regia, eſt Buda, a Buda Athilę fratre appellata, Ager regionis, quatenus incoliť, tritico fertilis eſt. Auro atꝗ argento diues, Mirum eſt, q̊d indigenę narrant, eſſe in Pannonia riuum, in quo, ſi ſepius ferrum mergatur, cuprum fieri. Viri veſtes ſuperne excauant, circa interſcapiliũ, linea ſubtus tunica circa collum & humeros quodã tenus apparens, quam partem ſerico & auro fere omnes exornant, indifferens, in caliga, coturno ſuperinducto. Capillos inungunt, concinnantꝗ, lineo galericulo contegunt, raroꝗ, nec niſi in ocio reſoluunt. Qui mos & a pleriſꝗ Germanis obſeruatur. Muliebris veſtitus ſtrictior, et ad collum ſubductus, vt omnia tegantur, tm̃ linęę tuniculæ ora emineát, precioſiſſime ornata. Veſtibus togã ſuperinducũt. Serico caput, aut lineo componũt velamie, ac pręter oculos & naſum, cętera fere abſcondũt. Gemmis et margaritis vulgo vtunť. Coturno calceanť, viri fœminęꝗ, ad media crura inducto. Annum lugẽt defunctos, et quoſdam biennio. Barbam raſitant, pręterq̃ ſuperiori labro. Orthodoxę fidei cultus ex lege iudicant.

TABVLA ·X· ·EVROPAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas decima Europę tabula complectitur.

Macedonia. Epyrus. Achaia. Peloponeſus. Creta inſula.

EVROPAE tabula decima, in qua & finis ipſius, continet Macedoniam, Epirũ et Achaiam, Peloponeſumq́, & Cretam inſulam, & Euboiam, cũ inſulis adiacentibus.

Medius eius parallelus, rationẽ habet ad meridianum, quã ſeptem ad nouẽ.

Terminatur aũt tabula

Ab oriente Aegeo pelago, Myrtooq́ et Carpathio.

A meridie Adriatico pelago, & Libyco.

Ab occidẽte Ionio pelago, et Adriatico

A ſeptemtrionibus aũt Dalmatia, et Myſia ſuperiori, & Thracia.

Macedonię ciuitates inſignes

Dirrachium maximã diem habet horarũ.15. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hora.1.

Theſſalonica maximam diem habet hora.15. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.⅔.

Amphipolis maximam diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius ⅔.

Heraclea maximã diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius ½ ⅓. fere.

Pella maximam diem habet horarũ.15. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.⅔.

Lariſſa Pelaſgienſium maximã diem habet hor. 14 ½ ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius ⅔.

Caſandria maximã diẽ habet hor.15. Et diſtat ab Alex. verſus occaſũ hor.½.

Lemnos inſula maximam diem habet hora.15. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.½.

Epiri ciuitates inſignes

Nicopolis maximam diem habet hora.14 ½ ¼. Et diſtat ab Alexãdria v̾ſus occaſum hor.½ ⅓.

Ampracia maiorem diem habet horarũ 14 ½ ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.½ ⅓ fere.

Corcyrę inſulę ciuitates inſignes

Ciuitas eiuſdem nominis maximã diẽ habet ho.14 ½ ¼ fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę.1.fere.

Cephalonia inſula maximã diẽ habet hora.14 ½ 1/12. Diſtatq́ ab Alexandria occaſum verſus hor.½ ⅓.

Achaię ciuitates inſignes

Thebę Beotię maximam diem habet hor.14 ½ ¼.fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.½.

Megara maximã diẽ habet ho.14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.½.& 1/30.

Athenę maximã diẽ habet ho.14 ½ 1/8. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.½.

Peloponeſi ciuitates inſignes

Meſena maximã diẽ habet ho.14 ⅓ 1/12 Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.⅔.

Corinthus maximam diem habet horarũ.14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.½.

Tegea maximã diẽ habet hor.14 ½. Et diſtat ab Alexã. v̾ſus occaſum hor.⅔.

Argos maximã diem habet hor.14 ½. Et diſtat ab Alex. v̾ſus occaſum hor.½.

Lacedęmon maximam diem habet horarũ.14 ⅓ 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.⅔.

Euboię inſulę ciuitates inſignes

Chalcis maximã diẽ habet ho.14 ½ ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.⅓ 1/12.

Cariſtus maximã diem habet ho.14 ⅔ Diſtatq́ ab Alexãdria, occaſum v̾ſus hor.⅓.

Cretę inſulę

Gortina maximã diem habet ho.14 ⅓. Ac diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.⅓ 1/30.

Cnoſus maximã diẽ habet ho.14 ⅓ 1/12. Diſtatq́ ab Alexãdria v̾ſus occaſum tertia parte horę vnius.

AREA TABVLAE

Decima & vltima Europę tabula continet a partibus 44 ⅙. vſq́ ad partes 55 ½ ⅓. Et fit Longitudo partiũ.11 ⅔. Latitudo a partibus 34. vſq́ ad partes 42 Fitq́ Latitudo partium.8.

Sunt igit̃ Europę Tabulę decem.
Prouintiæ.34.
Ciuitates.118.


ILLIRIDIS ET DALMATIE PARS
TRACIE PARS
ASIE MINORIS PARS
HELLESPONT
CLIMA .4.
MARE IONICU
MARE AEGEUM
LESBOS
MACEDONIA
Emathia
Migdonia
EPIRUS
Thessali
ACHAIA
EUBOE
Sin9 Thermaicu
Sin9 Toronaicu
Sin9 pelasgicu
Sin9 Maliacu
INSULE CICLADES
Sinus Corinthiacus
Sin9 Megaris
Sin9 Saronicu
Attica
Boetia
Achaia
PELOPONNESUS
Elidis
Mesenia
Sin9 Argolicu
Sin9 laconicu
Sin9 Meseniacu
MARE HADRIATICUM
MARE CETICUM
MARE MIRTHOUM
CRETA
CARPATICUM MARE

TABV. X. EVRO.

THESSALIA a Theſſalo rege dicta eſt, quæ ad meridianam plagã, Macedonię cõiuncta eſt, cuius a tergo Epirus eſt. Multa ſunt in Theſſalia flumina & oppida. Inter quæ pręcipua Theſſalonica. Ibi eſt et mons Parnaſus, quondã Appollini conſecratus. Theſſalia patria Achillis, & origo lapitharum fuit. De quibus fertur, ꝙ hi primo equos frenis domuerũt, vnde et Centauri dicti ſunt. In Theſſalia primi ſolidi aurei facti ſunt, domãdorꝫ quoqꝫ equorum vſus primum repertus, eſt.

DE MACEDONIA.

MACEDONIA in exordio ab Emathio rege, Emathię nomen habuit, ſed Macedo Deucalionis maternus nepos, poſtq̃ꝫ ibi accepit principatum, mutauit vocabulum, Macedoniãqꝫ a ſuo noĩe dixit. Patria magni Alexandri, & regio, aureis venis, argentiqꝫ opima. Lapidẽ quem Pyriten vocant, iſta gignit. Mons Olympus in ea eſt, qui excellenti vertice tantus attollitur, vt in cacumine eius nec nubes, nec venti ſentiantur.

DE ACHAIA.

ACHAIA ab Acheo rege, & vrbs, & prouintia tis appellata eſt. Hæc Peninſula eſt. Huius caput eſt vrbs Corinthus, Græciæ decus. Archadia pars Achaię ẽ, vt platani folium, inter Ioniũ & Aegeum mare ab Euro expoſita, quã Arcas Iouis & Caliſtę fili⁹, Pelaſgis in deditionem redactis, ex ſuo nomine Archadiam nuncupauit. Ipſa eſt & Siciona, a Sicione rege dicta. Habet autem fluuium magnum Eurotum, Abeſton quoqꝫ lapidem, qui ſemel accenſus, nunq̃ꝫ extinguitur. Candidiſſimę etiam merulę ibi naſcuntur.

PRINCIPIVM APHRICAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis
quas prima Aphricę tabula complectitur.

Mauritania Tingitana.
Mauritania Cæſarienſis.

Tabula .I. Aphricae.

PRIMA Aphricę tabula cõtinet ambas Mauritanias, Tingitanã, et Cæſariẽſem. Parallelus ipſi⁹ medius, rationẽ habet ad meridianũ, quam tredecim ad quindecim.

Terminatur autẽ tabula

Ab ortu Aphrica.
A meridie, interiori Libya, iuxta Getuliam.
Ab occaſu occidentali oceano.
A ſeptemtrionibus freto Herculeo, et Iberico pelago, & Sardoo.

Mauritanię Tinganicę
ciuitates inſignes


Tingis maximam diem habet horarũ æquinoctialiũ.14 $\frac{1}{2}$ fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.5 $\frac{1}{2}$.
Lix maximã diem habet hor.14 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.5 $\frac{1}{2}$.
Volubilis maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{4}$ Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 $\frac{1}{2}$ fere.
Zelię maximã diẽ habent ho.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.5 $\frac{1}{2}$.

Cæſarienſis ciuitates inſignes

Cartenã maximã diem habet ho.14 $\frac{1}{4}$ Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horis.5.
Iulia Cæſarea maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Saldę maximã diem habent ho.14 $\frac{1}{3}$. Et diſtant ab Alexandria verſus occaſum hor.2 $\frac{1}{2}$.
Oppidium nouum maximam diem habet hor.14 $\frac{1}{4}$ fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.2 $\frac{2}{3}$ fere.
Zuchabari maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{4}$.fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Tubuſ[illegible]ptus maximam diem habet hor.$\frac{1}{4}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.2 $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{12}$.

AREA TABVLAE

Prima igit̃ Aphricę tabula continet a partibus.5.vſq; ad partes.27 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et fit Longitudo partium.22 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Latitudo a partibus.26.vſq; ad partes.36. Fitq; Latitudo partium.10.


TABULA I AFRI
HISPANIE BETICE
fretum Herculeum
MARE IBERICU
PELGUS SARDONU
Mare Exterius
MAURITANIA TINGANICA
MAURITANIA CAESARIENSIS
OCEANUS OCCIDENTALIS
GETULIE ET LIBIE PARS
Sinus numidicus
Clima 4
Clima 3
Milaria 58

TABV. I. APHRI.

APHRICA ab orientis parte Nilo, a cęteris partib⁹ mari terminata, Europa breuior, vbi mare attingit, latior, vnde in iuga exurgens, pergit in curua, ad occaſum, faſtigiatq; ſe molliter, & fit paulatim adductior. Vbi finit, anguſtiſſima eſt. Quantū incolitur, fertilitatem preſtat. Verū maxima pars inculta eſt, & vel ab arenis ſterilib⁹ obducta, vł ob ſitū cœli deſerta, vel multo ac malefico animaliū genere infeſta. Mare q̄ a ſeptētrione cingitur Libycū vocat, a meridie Aethiopicū, ab occidēte Athlanticū. A quatuor, nō amplius nationib⁹, ab initio Aphricum ſolū incolebatur. Quarū duę indigenę ſunt, totidē nō indigenę. Indigenę q̄dē Pœni atq; Aethiopes. Quorum alteri ad Aquilonē Aphricę, alteri ad Auſtrū incolunt. Aduenę v̄o Phœnices & Græci vetuſtiores, Aethiopes, necnon et Aegyptij (ſi vera ſunt, quę ipſi de ſe predicāt) aſperi et inculti. Ab initio ferinę carnes, herbęq;, veluti pecoribus, vulgo cibus fuit neq; moribus, neq; legibus, neq; imperio vllo vſi, vagi, temereq; palātes, nullas certas ſedes habuere, vbi nox oppſſerat, ibi corpora quieti dabant. Poſtea v̄o ab Hercule (qui et in eā terrā colonias deportaſſe dicit) mitiores cultioreſq; facti, ex his nauib⁹, quibus in Libyam tranſfretauerunt, tuguria fecerunt, et conuenire cohabitareq; cœperūt. Terra Aphricę inęqualiter colit. Ad meridiē plurimū, ob nimios ęſtus deſerta. Contra, qua Europā ſpectat, frequētior illi cult⁹. Eximia et propemodū portētoſa agrorū feracitas, vtpote qui locis quibuſdā centeſimo fœnore reddant cultorib⁹ meſſem. Mirum eſt, quod de Mauritanię vbertate dicitur, eſſe in ea vites, quas duorū hominū cōplexus capere nō poſſit, Vuarū racemos cubitales, Staphilini, Hippomaratri, et carduorū ſcapos duodecim cubitorū. Enormi craſſitudie calami, Indicis ſimiles, quorū nodi octo capiūt nodulos. Aſparagos ad hęc videri, haud minus notabili magnitudine. Arbores circa Athlantem, proceritate inſigni, enodi nitore folio cupreſſi. Sed omnium nobiliſſima Citrus, Rhomanis delitijs inſerta. Alit & Aphrica Elephātes, et Dracones, qui ipſis beluis inſidiantur, ſuoq; complexu enecant, Leones, Bubalos, Pardales, Capreas, & ſimeas, quibuſdā locis ſupra modū frequentes. Sunt & Camelopardales, Rhiſes, thauris ſimiles. Herodotus et cornutos aſinos ibi naſci, author eſt. Et Dracones inſuper Hyęnas, Hiſtrices, agreſtes arietes, Thoas & hieno & lupo genitas, Pantheras, Ciconias Pigardos, Strutios, & p̄ter multa genera ſerpentū Ceraſtas & Aſpidē. Cui peſti Icneumonem minimū animal oppoſuit natura.

TABVLA ·II· APHRICAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas ſecunda Aphricę tabula complectitur.

Aphrica.
Numidia.

APHRICAE tabula ſecunda continet Aphricam & inſulas quæ circa ipſã ſunt.
Parallelus ipſi* medius rationẽ habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim.

Terminatur aũt tabula

Ab oriente Cyrenaica.
A meridie, interiori Libya, iuxta Getuliam et Eremum.
Ab occaſu Mauritania Cęſarienſi.
A ſeptemtrionibus pelago Aphro.


Aphricę ciuitates inſignes

Thabraca maximam diem habet hoparũ ęquinoctialium.14 $\frac{1}{3}$.& diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Ityca maximã diem habet ho.14 $\frac{1}{4}$.Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Carthago maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.1 $\frac{2}{3}$.
Adrumentum maximam diem habet hor.14 $\frac{1}{4}$.Et diſtat ab Alexãdria ṽſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$.
Magna Leptis maximam diem habet hor.14 $\frac{1}{8}$.Et diſtat ab Alexãdria ṽſus occaſum hor.1 $\frac{1}{12}$.

Cirta Iulia maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor.2.
Sicca Venneria maximã diem habet hora.14.& quid parum. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum ho.2.quaſi.
Bullaria maximã diem habet ho.14 $\frac{1}{12}$ Et diſtat ab Alexãdria ṽſus occaſum horis.2.fere.
Vthina maximã diem habet ho.14 $\frac{1}{12}$ Et diſtat ab Alexãdria ṽſus occaſum hor.1 $\frac{2}{3}$.
Thyſdros maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{6}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$.
Mininx inſula maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{12}$.Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hora.1 $\frac{1}{3}$.
Coſſyra inſula maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{3}$.Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor.1 $\frac{1}{2}$.
Melita inſula maximam diem habet hora.14 $\frac{1}{3}$.Et diſtat ab Alexãdria ṽſus occaſum hor.1 $\frac{1}{3}$.

AREA TABVLAE

Secunda.Aphricę tabula cõtinet a partibus.26 vſq; ad partes.47.Et fit Lõgitudo partium.21. Latitudo a partibus 25.vſq; ad partes.34 $\frac{2}{3}$.Fitq; Latitudo partium.9 $\frac{2}{3}$.


III TABULA MODERNA APHRICE
MARE HADRIATICVM
MARE SARDONV
Sardnie pars
MARE TYRREN.
Sicilie pars
MARE APH RICVM
Melita
Cosira
Hydras
NVMID IA NOVA
Lambesa
Caena batrae
Misulami
Auduns mons
Thibinis
AF RI CA
Zute
Cerophei
Musla
Mamplari
Thamnes mons
Sittaphius campo
Buzara mons
Saturbitres
Haliardi
Cartagonij
Mathinii
Libiphoenices
Bazacitis regio
Mathries
Gephes
Syrtis parua
Syrtis magna
Achaemenes
Eropaei
Muturgures
Miniatres
deserte libie principiu
Nigbeni
Matei
Mili. 5.
Millia. 54.
Milliaria. 53.

TABVLA · II · APHRICAE

IN HAC tabula de Aethiopia agitur, quã duplicẽ eſſe ſcias, Aſiæ ſcilicet, & Aphricæ. Quarũ vna India dicit̃, de qua in tabulis Aſię factus eſt ſermo. Aethiopia autem appellata eſt ab Aethiope, Vulcani filio, qui illi preſuit, vt Plinius ait. Circa occiduũ mõtuoſa eſt, arenoſa in medio, ad orientem deſerta. Plurimas gentes habet, diuerſo vultu, et monſtruoſo, ſpecie horribiles. Primi omniũ mortaliũ creduntur, veriſſimiq́ indigenę, & ſeruitutẽ nunq́ experti, ſemper genti libertas incolumis mãſit. Primo deorũ cultũ, apud eos inſtitutũ memorãt, primaſq́ ſacrorũ cerimonias. Duplicẽ litterarũ vſum, vt quę ſacrę dicerent̃, ſacerdotibus dũtaxat notę eſſent, alterũ earum, quę vulgo paterent. Fuerunt tamen litterarũ figurę haud tales, vt ex illis ſillabę coaleſcerẽt, ſed animantibus, extremiſq́ hominũ partibus, varijſq́ inſtrumẽtis artificum perq́ſimiles, ſinguliſq́ ſua inerat figuris ſignificatio. Vt in accipitre celeritas, in crocodillo malũ, cuſtodia in oculo, ſicq́ alię in alijs. Ex ſacerdotibus, quẽ phanatico curſu circumferri viderint, omniũ ſanctiſſimũ iudicant. Quẽ vbi regẽ creauerint, veluti numen ei inſit, aut ſit ad minus diuina prouidentia eis datus, adorant. Vitam is agere ſtatu tam legib⁹ debet, omniaq́ facere iuxta patrios mores. Neminẽ neq́ premio, neq́ pena afficere. In quem aũt animaduerſum volet, lictorem ſignũ mortis habentem, ad eum mittit, quo conſpecto, confeſtim, quiſquis ille eſt, domũ reuerſus, ſibi mortem conſciſcit. Ferunt quoq́ eis conſuetudinis eſſe, amicos vltro, in regis morte, vita defungi, exiſtimantes, eum interitum glorioſum, verę q́ amicitię teſtem, Plures ſolis propinquitate nudi agunt, ouillis caudis pudenda obtegunt, et pauci omnino pecorum veſtiuntur pellibus. Alij ſub ligacula capillis contexta, ad mediũ corpus inducunt. Pecuariam rem vulgo exercent, pecora puſilla, admodum duri hirciq́ velleris, canes & ipſi nihilo maiores, cęterum aſperi & pugnaces. Milij, hordeiq́ frequens vſus, vnde potũ etiam conficiunt. Cęteris carent frugib⁹, pręter palmulas, eaſq́ perraras. Quidã herbis victitant, tenuioribus harundinum radicibus, carnibus, lacte & caſeo veſcuntur.



TABVLA ·III· APHRICAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas tertia Aphricę tabula complectitur.

Cyrenaica, quæ & Pentapolis.
Marmarica.
Libya.
Aegyptus.
Thebais.

TERTIA tabula Aphricę Cyrenę et Aegypti cõtinet Cyrenaicã & Aegyptũ, cũ adiacẽtibus inſulis.

Parallelus ipſiꝰ medius, rationem habet ad meridianũ quam.53. ad ſexaginta.

Terminatur autẽ tabula

Ab ortu Iudea, & Arabia petręa, et ſinu Arabico.
A meridie interioris Libyæ deſerto, et Aethiopia, quę ſub Aegypto eſt.
Ab occaſu Aphrica & magna Syrte, et parte interioris Libyæ.
A ſeptẽ trionibus Libyco pelago, et Aegyptio.

Cyrenaicę ciuitates inſignes

Berenice, quæ & Heſperides, maximã diẽ habet hor.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum horę. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Arſinoe, quæ & Teuchira, maximam diẽ habet ho.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor. $\frac{2}{3}$.
Ptolemais maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexãdria ꝟſus occaſum ho. $\frac{2}{3}$.
Apolonia maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. $\frac{2}{3}$.
Cyrene maximã diem habet ho.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria ꝟſus occaſum horę vnius. $\frac{2}{3}$.

Marmaricę autem

Magna Cherſoneſus maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus occaſum hor. $\frac{1}{2}$.

Libyę vero

Paretonium maximã diem habet horarum.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horæ. $\frac{1}{12}$.


Alexandria maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat a meridiano Fortunatarũ inſularũ ꝟſus ortũ ſolis ho.4.
Peluſium maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria ad ortum horę vnius. $\frac{1}{3}$.
Memphis maximam diem habet horarum.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor. $\frac{1}{8}$.

Eius regionis quę vocatˀ Thebais

Ptolemais Hermei maximam diem habet hor.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. $\frac{1}{8}$.
Magna Dyopolis maximam diẽ habet horarũ.13 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor. $\frac{1}{8}$.
Syene maximam diem habet hor.13 $\frac{1}{2}$ Et diſtat ab Alexandria verſus ortum ho. $\frac{1}{8}$. Hicq; ſol ſemel ĩ anno fit ſupra verticem capitis, quando in ęſtiuo eſt tropico.
Ammon maximam diem habet horarũ.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria ꝟſus occaſum horæ vnius. $\frac{1}{4}$.
Magna Oaſis maximam diem habet horarũ 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum parum quid.
Myſormus maximam diem habet horarum.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. $\frac{1}{4}$.
Berenice maximam diem habet hora.13 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ hor. $\frac{1}{4}$. Hic ſol ſemel in anno fit ſupra verticem, quando eſt in tropico ęſtiuo.

AREA TABVLAE

Tertia Aphricæ tabula continet a partibus.46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. vſq; ad partes.65. Fitq; Longitudo partiũ.18 $\frac{1}{4}$. Latitudo ꝟo a partibus.23. vſq; ad partes.32. Et fit Latitudo partium. 9.


LIBYAE INTERIORIS PARS
Silüifera Regio
Maccotutae
Loca ferarum plena
Aegilei
Apotamite
Obiloe
Anagombri
Ammonia Regio
Ogdaemi
Oasitae
Libie Aegipty
Ichthiophagi
Sinus Arabicus
Arabie petree pars
Diattios et Abzocho regio
Azar Mons

TABVLA · III · APHRICAE

AEGYPTVS regio in Aphrica, vel ſecundū aliq̄s, Aphricę proxima, ab Aegypto Danai fratre, ſic appellata, quū prius Aeria diceretur. Hæc (vt Plinius dicit libro .5.) ab oriente, rubro mari, Aſſyrięqꝫ coniungit. Vrbes eius inſignes fuere, Thebę, Alydos, Alexādria, Babylon, & Memphis, hodie Damiata, & Soldani ſedes, ciuitas Chayrus ſiue Alcijr, ampliſſima. In Aegypto nūq̄ viſum eſt pluere, ſed terrā ipſam Nili inundatione, quotannis, poſt ęſtiuale ſolſtitium fœcundari, a pleriſqꝫ inter inſulas relatum eſt, ita ſe Nilo ſcindente, vt triquetrā terrę deliniet figuram. Quo contingit, vt A Gręcę litterę ſimilitudine ſit a multis Delta cognominata. Aegyptij omniū primi, duodecim deorum nomina cōmenti ſunt. Aras et ſimulachra delubraqꝫ ſtatuiſſe creduntur, animalia in ſaxis figuraſſe. Quę omnia plane arguunt, eos ab Aethiopibus eſſe oriundos, qui horū omnium fuerīt auctores, vt tradit Diodorus Siculus. Eorum fœminę olim negociari, cauponari, inſtitoriaqꝫ obire munera conſueuerunt. Viri intra murorū parietes texere. Hi onera capitibus geſtare, mulieres humeris. Illę ſtantes micturire, hi ſedentes, domi vulgo ventrem exonerare, in vijs comeſſari. Mulierū nulla, neqꝫ dei cuiuſquā, neqꝫ deę, ſacrificium habet. Initiantur, non ſingulatim cuiqꝫ deorū, ſed gregatim, quorū vnus eſt pontifex. Vbi quis defunctus eſt, filius eius ſubrogatur. Pleriqꝫ mortaliū in funere deglabrant capita, & barbā promittūt. Aegyptij promittebant capillum, & barbam tondebant. Panem pedibus, lutum manibus ſubigebant, a dextra in ſiniſtram litteras dirigunt. Horum mares binis veſtibus vti, moris fuit, fœminas ſingulis. Bipartitus litterarum vſus. Profanus hic, ille ſacer, ſed vterqꝫ ab Aethiopibus ſumptus. Sacerdotes tertio quoqꝫ die corpora raſitare, ne quid ſordis, cū ſacra faciunt, intercurreret. Linea ferre veſtimenta, ſemper recens abluta, faſcia munditię gratia ſe circumcinctos eſſe, quia ſatius ſit, mundos eſſe, q̄ decoros. Veſtem ſacerdotes lineam tm̄ geſtare, et calceos papyraceos. Lauantur quotidie frigida aqua, interdiu ter, nocte bis. Cibo e farre (quod quidam ſiliginem vocant) cōfecto, victitāt. Vino vtunt̄, facto ex hordeo, deſunt enī in ea regione vites. Victitant quoqꝫ, tū piſcibus, partim crudis, ad ſolem arefactis, partim ſalſugine conditis, tū auibus, ſed earum crudis, prius tamen ſale conditis cothurnicibus, anatibuſqꝫ, apud locupletes. Eorum, cū multi conuenerunt, & a cœna diſceſſum eſt, circūfert aliquis in loculo mortuū, e ligno factum, aut pictura et opere maxime imitantē, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali, oſtēdenſqꝫ ſingulis cōuiuarum, ait. In hunc intuens pota, & oblectare, talis poſt mortem futurus. Ad Aegyptios prius, vt mores illorū, leges, & ſapientiā, quibꝰ tū omnes terrę nationes facile anteibāt, perciperēt, trāſiere, vt Orpheus, Poetaqꝫ Homerus, Muſęus, Melampodes, Dędalus, Licurgus, Spartanus, Deinceps Solon Athenienſis, Plato philoſophus, ac Samius Pithagoras, et huius diſcipulus Salomoxis. Eudoxus quoqꝫ mathematicus, Democritus abderites, & Inopides Chius, Moſes hebręus. & alij q̄plurimi.

TABVLA ·IIII· APHRICAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Prefecturis quas quarta Aphricę tabula complectitur.

Libya interior.
Aethiopia ſub Aegypto.
Aethiopia omnibus his auſtralior.

QVARTA tabula Aphricæ, cōtinet interiorē Libyā, et æthiopiam, quæ ſub Aegypto eſt, et eam quę eſt interius, cum inſulis ſibi adiacentibus.

Parallelus ipſius medi⁹, rationē habet ad meridianum eandem fere.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Arabico ſinu, & mari rubro, ac ſinu barbarico, et parte Indici pelagi

A meridie terra incognita.

Ab occaſu terra incognita, & oceano occidentali.

A ſeptētrionibus Mauritanijs duab⁹, et Aphrica, ac Cyrenaica, Aegyptoq̃.

Libyę interioris ciuitates inſignes

Autolalę maximam diem habent horarum.13 ½. Et diſtant ab Alexandria verſus occaſum horis.3. &.⅓. Hic ſol ſemel ī anno fit ſupra verticē in ęſtiuo tropico.

Iarcytha maximam diem habet horarū.12 ½ ¼. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſū ho.3. fere. Et hic ſol bis in anno fit ſup̄ v̄ticē capitis, quādo diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraq̃ parte gra.58.

Thamandocana maximā diem habet horarum.13 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horis duabus.½. fere. Excipit autem bis in āno ſolem ſupra verticē, quando diſtat a tropico ęſtiuo ex vtraq̃ parte gradibus.42 ½ ¼.

Gira maximam diem habet hor.13 ⅛. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor.1 ½ & ⅛. Recipit autem & ipſa ſolē bis in anno ſupra verticem, quando diſtat a tropico æſtiuo ab vtraq̃ parte gradibus.39 ½.

Garama maximā diem habet ho.13 ⅓. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hora.1 ⅐. Hic ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq̃ parte grad.23 ½.

Aethiopię ſub Aegypto ciuitates inſignes

Napata maximā diem habet ho.13 ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.⅙. Hic quoq̃ ſol bis in anno fit ſupra verticē, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq̃ parte gradibus.29 ½.

Meroe maximam diem habet hor.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.⅛. Hic ſol bis in anno fit ſupra verticem, quū diſtat a tropico æſtiuo gradibus.46 ½ 1/12.

Ptolemais ferarum, maximam diem habet hor.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.⅓ 1/13. In ea ſol bis in anno fit ſupra verticem, quū diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraq̃ parte gra.45 ½

Adulis maximā diem habet hor.12 ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.½. fere. Hic ſol bis in anno fit ſupra verticē, quū diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraq̃ parte gradibus.62 ½ 1/13.

Dera maximam diem habet hor.12 ⅔. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.1. Biſq̃ ſolem in anno ſupra verticē ſumit, quū diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraq̃ parte gradibus.62 ½ 1/13.

Moſylum maximam diem habet horarū.12 ½. Et diſtat ab Alexādria verſus ortū hor.1 & ¼. In hac ſol bis in anno fit ſupra verticē, quū diſtat a tropico ęſtiuo ex vtraq̃ parte gradib⁹.68 ½ ⅓.

Aromata maximam diem habet horarū.12. ⅓. Et diſtāt ab Alexan. verſus ortū ho.1 ½. Sumūtq̃ ſolē bis in anno ſupra verticem, quādo diſtat a tropico ęſtiuo ex vtraq̃ parte gra.74 ½ ⅓.fere.

AREA TABVLAE

Quarta & vltima Aphricę tabula continet a parte vna, vſq̃ ad partes.85. Et fit Longitudo partiū.85. Latitudo ab ęquinoctiali, Boreā v̄ſus, partiū.26 ½. Ab æquinoctiali autē verſus Auſtrū partiū.16 ⅓ 1/12 Vel integrarū partiū.17. Ita vt ſi partes Boreales & Auſtrales cōiungantur, fiant partes.43 ½.

Aphricę prouintię.12. Tabulę.4.



Mare Mediterraneum
Mare Athlanticum
Marmarica Cesariensis
Africa minor
Cirenes
Marmarica et Egiptus
Arabie deserte pars
Tropicus Cancri
Arabie felicis pars
Clima .iiii.
Clima .iii.
Clima .ii.
Clima .i.
LIBIA
INTERIOR
Garamantes
ETHIOPIA SUB EGIPTO
TROGLODITICA REGIO
Mare Rubru
Sinus Hesperius
Hesperii Ethiopes
Equinoctialis
Regio Ethiopum in qua Elephantes albi om nes gignu[n]t et Rinocerontes et Tigrides
Cinamomifera Regio Masstite
Sinus Barbaricus
Paludes nili
Rapsii
Mons lune a quo nili paludes nives suscipiunt
Agisimba Regio Ethiopum
Prassum promont.
Mili.50.
Mili.54.
Mili 60.

TABVLA · IIII · APHRICAE

HAEC quarta Aphricę tabula, alias Aethiopię ciuitates quas prior non explicauit, continet, vt ex ſequentibus patebit. Meroe fuit olim regni caput. Clypei figuram ea inſula imitatur, ad tria milia ſtadiorũ, cũ Nilo proteſa. Accolunt paſtores eam, qui paſſim venanẽ, & agricolæ aurifodinas habẽt. Herodotꝰ auctor eſt apud Macrobios, Aethiopes ęs pluris exiſtimari q̃ aurũ, cuius tam vilis ſit vſus, vt cãbyſis legati, eo profecti, ſontes viderĩt aureis cathenis in cuſtodia vinctos. Quidã Siſamũ, alij lotũ ſerunt. Hebeno et Siliquaſtro abundant. Elephantes venantur, & comedunt. Leones habẽt, Rinocerota, Baſiliſcos, Pardalos, Draconeſq;, qui multiplici nexu implicitos Elephantos hauſtu ſanguinis conficiunt. Hyacinctus ibi & Chriſopaſſus reperiunẽ, colligitur et cĩnamomũ. Arcubus vtunẽ quadricubitalibꝰ ligneis, et peruſtis. Inſtruũtur ad bellum etiã mulieres, quarũ pleręq; oris labiũ ęneo traiectum habent circulo. Venerantur eorũ quidã orientem Solem, occidentẽ diris ſupplicationibꝰ inſectantur. Mortuos nonnulli in profluentẽ deijciũt, alij fictilibꝰ cõdunt dolijs, quidã etiã vitreis conditos domi ĩ annũ aſſeruãt, religioſeq; interim colunt, & primitias offerũt. Regem veneranẽ vt deum, et talis fuit ab initio, & iam ante ſecula multa Aethiopię ſtatus. Aethiopię rex (quẽ noſtri pretoianem vocãt, aut Sacerdotem Ioannẽ, ſiue Ianem, illi Giam id eſt potentem) tam potens eſt, vt duobus et ſexaginta alijs regibus imperitare p̃dicẽt, magnorꝫ antiſtitũ deſideria ad ipſum omnia referri, atq; Sacerdotia impetrari. Quod Rhomanus pontifex, regũ maieſtati dedit. Sacerdos tñ ipſe non eſt, nec vllis ſacris initiatus. Primorum antiſtitum ingens numerus, atq; cuiq; horũ ad minus, viginti obediunt epiſcopi. Principes atq; alios maioris dignitatis antiſtites, cum in apertum exeunt, crux pręcedit, et aureum vas, terra refertum, vt hoc inſpectum, euntem ſuæ admoneat mortalitatis, illa dominicę paſſionis. Sacerdotes procreationis cauſa ducunt vxorem, quam ſi morte amiſerint, nephas eſt, aliam ſuperducere. Magna diuorum templa, ac noſtris opulentiora, plurimũq; fornicato opere, ad ſummũ educta. Multę piorum ordinum familię, Anthonij, Dominici, Calaguritani, Auguſtini, Macharei, colore amiciuntur indiſcreto, antiſtitũ permiſſu. Secundum deum optimum deiparamq; virginem, ſumma in his terris veneratio Thome cognomento Didymo &c.



PRINCIPIVM ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouincijs ſeu Pręfecturis quas prima Aſię tabula complectitur.

Pontus
Bithynia
Quę propriē Aſia dicitur, in qua Phrygia
Lycia
Pamphilia, in qua Piſidia
Galacia, in qua Paphlagonia, & Iſauria
Cappadocia:
Armenia minor
Cilicia.

Tabula .I. Aſiae.

ASIAE tabula prima continet Pontum, et Bithyniā, & quæ ꝓprie Aſia dicitur, ac Lyciā, et Galaciā, Pāphiliam item, Cappadociam, et Ciliciam.

Parallelus ipſius mediꝰ, rationē habet ad meridianū, quā tria ad quatuor.

Circumſcribitur autem tabula

Ab ortu Armenia maiori, et pte Syrię.

Ab Auſtro Carpathio, Lyciaco, et Pāphilio mari, Anguſtiſqꝫ Ciliciæ, et ſinu Iſbico.

Ab occaſu Thracio, Boſphoro, et Propontide, ac Helleſponto, & Aegeo pelago, ac Icario, & Myrtoo.

Ab arctis pontico mari.

Bithynię ciuitates inſignes

Chalcedon maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum horę vnius. $\frac{1}{4}$.

Nicomedia maximā diem habet horarū. 15 $\frac{1}{4}$. fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. $\frac{1}{6}$.

Apamia maximam diem habet horarū. 15 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. $\frac{1}{3}$.

Heraclea Ponti, maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Nicęa maximam diem habet ho. 15 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. $\frac{1}{3}$.

Proprię Aſię

Cycicus maximam diem habet ho. 15. Et diſtat ab Alexandria ꝟſus occaſum hor. $\frac{1}{4}$.

Alexandri Troas maximā diē habet horarū. 15. fere. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. $\frac{1}{3}$. fere.

Pergamus maximam diem habet horarū. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{6}$. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor. $\frac{1}{3}$.

Smyrna maximam diem habet horarum. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexā. verſus occaſum hor. $\frac{1}{8}$.

Epheſus maximam diem habet horarum. 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexādria ꝟſus occaſum hor. $\frac{1}{3}$.

Myletus maximam diem habet horarum. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus occaſum hor. $\frac{1}{8}$.

Cnidus maximā diem habet ho. 14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor. $\frac{1}{4}$.

Sardis maximā diē habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. fere. Et diſtat ab Alexādria verſus occaſum hor. $\frac{1}{8}$.

Magneſia maximam diem habet horarū. 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexan. verſus occaſum hor. $\frac{1}{8}$. fere.

Apamia Phrygię maximā diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Sitaqꝫ eſt fere ſub eodem Alexandriæ meridiano.

Cibyra maximā diē habet ho. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$ Et diſtat ab Alexandria nihil fere.

Mitylene maximam diem habet horarū. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexā. verſus occaſum hor. $\frac{1}{4}$.

Rhodos maximā diem habet ho. 14 $\frac{1}{2}$ Et diſtat ab Alexan. verſus occaſum hor. $\frac{1}{8}$.

Lycię

Pattara maximam diem habet horarū. 14 $\frac{1}{2}$. Et ſita eſt fere ſub ipſo Alexandriæ meridiano.

Chios maximam diem habet horarū 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexādria ad occaſum hor. $\frac{1}{4}$.



PONTUS
EUXINUS
Paphlagonia
GALLA
BITHI NI A
Bogdonis regio
Propontidis
Helles
ASIA
PHRYGIA
Mysia maior
EGEUM MARE
MIRTO UM MARE
Lesbos
CAR IA
LY CI A
PA MPH Y LI A
CI LI CIA
RHODUS
Cyprus insula
Chelidonia
Crameusa
Maxima
CAP PA DO CI A
pontus po
Prefectura Chamanensis
Pontus Cappadocie
A R ME N I A
Armenie maioris pars
MI N OR
Taurus Mons
Antitaurus Mons
Amanus Mons
Syrie pars
Prefect Mueianua
Prefect Cilicie
Prefe Caton ia
Lycaonia
Sipylus Mons
Tmolus mons
Ida mons
Olympus mons
Grai.16.47.mil
13. pal. die max. ho. 15.
12. pal. die max. ho. 15 Clima. 5.
11. pal die max h. 14.
10.
para. die max. ho. 14.
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
44
43
42
41
40
39
38
37
36

Andriaca maximam diem habet horarū.14 ½. Diſtatq; ab Alexā.ad ortū.1/3.
Myra maximā diem habet ho.14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexādria verſus ortū.1/3.

Galacię

Sinope maximam diem habet ho.15 ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horæ.¼.
Amiſus maximā diē habet hor.14 ¾. Et diſtat ab Alexan.vſus ortū hor.⅓.
Ancyra maximā diē habet ho.15 ⅛. Et diſtat ab Alexā.verſus ortū ho.⅙.fere.
Therma maximam diem habet horarū.15 ⅛. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum parum quid.
Peſſenus maximam diem habet horarū.15 ⅓. Et diſtat ab Alexādria verſus ortum parum.

Pamphilię

Sida maximā diem habet hor.14 ½. Et diſtat ab Alexandria ad ortū hor.½.
Perga maximā diē habet ho.14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexā.verſus ortum hor.⅛.
Aſpendus maximam diem habet horarum.14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexādria quantum Perga.
Termeſus maximam diem habet horarum.14 ½ ⅛. Et diſtat ab Alexādria quantum Perga & Aſpendus.

Cappadocię

Trapezus maxiā diē habet ho.15 ¼. Et diſtat ab Alexādria verſus ortū ho.⅔.
Comana pontica maximā diem habet horarum.15 1/12. Et diſtat ab Alexādria verſus ortum hor.½.fere.
Maza, quæ & Ceſarea, maximā diem habet hor.14 ½ ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.⅓ 1/12.
Comana Cappadocię maximam diem habet hor.14 ½ ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horæ.½.
Melitena maximam diem habet horarum.14 ½ ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.⅔.
Nicopolis minoris Armenię maximā diem habet horarum.15. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.⅔.fere.
Satala Armenię minoris, maximā diē habet hor.15 ⅛. Et diſtat ab Alexādria verſus ortum hor.⅔.fere.

Cilicię

Selenus maximā diē habet ho.14 ½. Et diſtat ab Alexā. verſus ortum hor.¼.
Pompeiopolis, quæ & Soli, maximā diem habet hora.14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.½.fere.
Mallos maximā diē habet ho.14 ½. Et diſtat ab Alexā. verſus ortum ho.½ 1/12.
Tarſus maximā diē habet ho.14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexā.verſus ortū hor.½.
Adana maximam diem habet horarū 14 ½ 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horæ.½.& quid plus.

AREA TABVLAE

Prima igitur Aſię tabula cōtinet a partibus.55. vſq; ad partes.72 ½ ¼. Et fit Longitudo partiū.17 ½ ¼. Latitudo a partibus.35.vſq; ad partes.44 ½ ¼. Et fit Latitudo partium.9 ½ ¼.

TABVLA ·I· ASIAE

ASIA altera tripartitę terrę pars, appellata ab Aſia, oceani et Thethios filia, Iapeti vxore, ac Promethei matre, Siue (vt alij volunt) ab Aſio Manęi Lidi filio. Cuius ſitus altero latere ſatis eſt enucleatus. Hęc pars terrę, in nomina ac plures portiones diuidi tur, quarū aliæ maiores, alię minores ambitus cōpręhendunt. Tam latum aūt & patens dicunt eſſe, quicquid terrę Aſię noīe continetur, vt Aphrica et Europa, reliquæ duę partes non magis cōplectantur, q̄ hæc ſola. Cœlo temperato eſt, ſolo fertili, & propterea omnium animantiū genere cultiſſima. Quapropter liquet, in ea varios gentiū eſſe mores & ritus, varia naſcentium mirabilia, de quibus vnoquoq; loco, vbi tabulæ cōpages dabit, aliquid dicetur.

De gente Paphlagonum & Cappadocum, & ponto Euxino, Pliniū lege, libro.6.ca.1.2.et.3.naturalis hiſtorię, ſi te largior locoℝ mōſtratio delectat.

SECVNDVM aliquorū traditionem res mira in Cappadocia eſt. Nam equę hinnulos ſuos vento concipiunt, abſq; coitu, ac maſculini ſeminis commixtione. Item reges magnati herba quadam ſeu frutice coronantur, quam Greci Ambroſiam vocant. Terra eius quoq; prę cęteris, equorum nutrix eſt.

TABVLA ·II· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas ſecunda Aſię tabula complectitur.

Sarmatia Aſiatica.

ASIAE tabula ſecũda continet Sarmatiã, quæ in Aſia eſt. Parallel⁹ ipſius medius, rationem habet ad meridianũ, quã ſeptem ad duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Scythia, et parte Caſpij maris

A meridie Albania, & Iberia, & Colchide, & parte Euxini ponti.

Ab occaſu Palude Męotide, atq; Sarmatia Europę.

A ſeptemtrionibus terra incognita.

Inſigniorum autem Ciuitatum in eis

Hermoneſſa maximã diem habet horarum.16.fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.$\frac{1}{3}$.

Oenanthia maximam diem habet horarum.16.fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.$\frac{2}{3}$.fere.


Tanais maximam diem habet horarũ 17 $\frac{1}{6}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{2}$.fere.

Tyrambe maximam diem habet horarũ.16 $\frac{1}{2}$.Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{2}{3}$.fere.

Naubaris maximam diem habet horarum.17 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{2}{3}$.

AREA TABVLAE

Secũda Aſię tabula continet a partib⁹ 64.aut per totam Paludem Męotim, a partibus.60.vſq; ad partes.87 $\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partiũ aut.25 $\frac{1}{2}$.aut.27 $\frac{1}{2}$. Latitudo a partib⁹.46 $\frac{2}{3}$.vſq; ad partes 65. Et fit Latitudo partiũ.16 $\frac{1}{3}$.



Vn° grad° longitud. continet miliar. 32 ½

miliā. 40 ½

20 paral. differt ab æqui. ho. 7 diem maio. 19.

19. paral. differt ab æqui. ho. 6. diem max. 18.

18. paral. differe ab equi. ho. 5 ½ diem max. 17 ½

17. paral. differe ab æqui. hor. 5. diem max. 17.

16. para. differt ab equi. ho. 4 ½ die ma. 16 ho. ½

15. paral. diffe. ab equi. ho 4. diem max. 16.

Clima. 7.

TABVLA·II·ASIAE

IN HAC ſecũda Aſię tabula varia portentoſa hominũ loca inſignit ſunt, vnũ tamen, quod potiſſimũ, et plus cæteris narratu dignũ occurrit, Barbaræ ſcilicet mulieres in armis & prę̃lijs egregiæ, hæ Amazones vocant̃, & inſula fluuio vndiqꝫ circumcluſa, pluſq̃ꝫ.200.milia, abſqꝫ virorum conſortio habitare ſolent. Quæ quando cum regina ſua victrices a prælijs reuertuntur, a viris ſuis (qui per ſe cõmorantur extra inſulam) adorantur. Semel autẽ in anno, cauſa generãdę prolis, ad maritos exeũt, reuerſęqꝫ ſi maſculum conceperint, ipſum per ſex annos nutriunt, et poſtea patri ſuo tranſmittunt. Si vͦo fœminam, ipſam ſecum reſeruant. Itaqꝫ quoniã ex frequenti libidinis vſu, multi ſpiritus cõſumunt, præfatę virgines, quanto rarius coeunt, tãto fortiores, & ad pugnãdũ magis idoneæ ſunt. In his quoqꝫ partib⁹ ſunt mulieres valdę ſpecioſę, in q̃dã flumine calido habitãtes, horridas veſtes habẽtes, armiſqꝫ argenteis (eo ꝙ ferro carent) vtẽtes. De his etiam vide Plinium libro.6.capite.13.

TABVLA ·III· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Prefecturis quas tertia Aſię tabula complectitur.

Colchis.
Iberia.
Albania.
Armenia maor.

TERTIA tabula Aſię continet Colchidē Iberiam, Albaniam, & maiorem Armeniā: Parallel⁹ ipſi⁹ medius, rationē habet ad meridianū, quā vndecim ad quindecim,

Terminatur autem tabula
Ab ortu parte Caſpij maris, & parte Medię.
A meridie Aſſyria, & Meſopotamia:
Ab occaſu Cappadocia, et parte Euxini ponti.
Ab Arctis Sarmatia Aſiatica:

Colchidis inſignes ciuitates

Dioſcuria maximam diem habet horarum.15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horæ. $\frac{2}{3}$ 13.
Phaſis maximam diem habet horarū 15 $\frac{1}{2}$.fere. Et diſtat ab Alexan. verſus ortum hora. $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{6}$.

Iberię

Artaniſſa maximam diem habet horarū.15 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexādria verſus ortum hora vna:
Armactica maximam diem habet horarum.15 $\frac{1}{2}$.fere. Et diſtat ab Alexādria verſus ortum hora.1.

Albanię

Gætara maximam diem habet horarū.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexādria verſus ortum hor.1.& $\frac{1}{3}$.fere.
Albana maximam diem habet horarū.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.1 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{10}$.

Armeniæ maioris

Artaxata maximam diem habet horarū.15 $\frac{1}{6}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.1 $\frac{1}{3}$.
Armauria maximam diem habet horarum.15 $\frac{1}{4}$. fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. $\frac{1}{10}$.
Thoſpia maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexādria ad ortum hor.1.fere.
Artemita maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.1.&. $\frac{1}{4}$.fere.

AREA TABVLAE

Tertia Aſię tabula continet a partibus 70 $\frac{1}{2}$.vſq; ad partes.87 $\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partiū.17. Latitudo a partib⁹.38. vſq; ad partes.47 $\frac{1}{2}$. Fitq; Latitudo partium.9 $\frac{1}{2}$.



Maurah
COLHI
IBERIA
ALBANIA
Albanie gentes
PONTI PARS
Capadociae pars
HIRCANI SIVE CASPII MARIS PARS
Coltarzena
Tosarena
Bothae
Sirazena regio
Sodacena Regio
Balisena regio
Hobo regio
Sophena
ARMENIA
Altisena regio
MAI OR
Bagraudauena
Gordena regio
Cotacena regio
Euretena regio
Coziana regio
Mardi
ASSIRIÆ PARS
MEDIE PARS
Mesopotamie pars
Armenie minoris pars
Caspius mons
Caucasus mons
14 pat. hūs diē maiorē horarū 15 et ½
Clima sextū
13 · pat. hūs diē maio · ho · 15 cū quarta
12 · pat. hūs diē maiorē horis · 15 ·
Clima qūintū
11 · pat. habens diem maiorē ho · 14 ½ · ¼
Mihar · 47



TABVLA ·III· ASIAE

QVAE Aphricę tertia tabula contineat, ex pręcedẽtib⁹ innotuit, Iam ṽo de moribus inhabitantium, aliquid diſſerere placet. Et primo de Albania, quæ a candore populi nuncupata eſt, eo ꝙ albo crine naſcuntur. Huic terrę, canes ingentes ſunt, tantęq́ feritatis, vt thauros premãt, & leones perimãt. Populi eius feroces admodum ſunt, et (vt quidam aſſerũt) armigeri illi procaces ſunt, quos vulgo Stradiottẽ nuncupam⁹. Hos etiã memorat Plinius libro. 6. ca. 10. Armenia vocata eſt ab Armeno Iaſonis Theſſali comite, qui amiſſo rege Iaſone, collecta eius multitudine, quę paſſim vagabatur, Armeniam cœpit, & ex ſuo nomine nuncupauit. Duplex autem eſt, ſcilicet, Superior & inferior. Iberia regio Aſię prope pontũ Armenię iuncta. In hac herbæ, tincturę vtiles, naſcuntur.



TABVLA IIII ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas quarta Aſię tabula complectitur.

Cyprus inſula. Syria. Phœnicea. Iudea Paleſtina. Arabia Petrea. Arabia deſerta. Meſopotamia. Babylonia.

ASIAE tabula quarta cõtinet Cyprũ, et Syriã et Iudeã, et ãbas Arabias, petreã et deſertã, Meſopotamiam, et Babyloniam.

Parallelus ipſius medius, rationem habet ad meridianũ, quã quinq; ad ſex.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aſſyria, & Suſiana, & parte ſinus Perſici.

A meridie parte eiuſdẽ Perſici ſinus, et fœlici Arabia, et interiori parte ſinus Arabici.

Ab occaſu parte Aegypti, et Aegyptio et Syriaco, et Pamphilio mari, ac Iſſico ſinu, & Cilicia.

Ab Arctis anguſtijs Ciliciæ, & parte Cappadociæ, & maioris Armeniæ.

Cypri ciuitates inſignes

Paphus maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria ad ortum hor.$\frac{1}{4}$.

Amathus maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{15}$.

Salamis maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{2}$.fere.Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{8}$.

Syrię ciuitates inſignes

Laodicia maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Hierapolis maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{2}$.& quid parum. Diſtatq; ab Alexandria verſus ortum horæ.$\frac{2}{3}$ $\frac{1}{15}$.

Apamia maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{2}{3}$.

Palmyra maximam diem habet horarũ.14 $\frac{1}{4}$.Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum horæ.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{12}$.

Heliopolis maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{15}$.

Panias Cęſarea maximã diem habet horarum.14 $\frac{1}{4}$.Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.$\frac{1}{2}$.fere.

Damaſcus maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$.

In Iudea, aut Paleſtina

Cęſarea ſtratõis maximam diem habet hor.14 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Aſcalon maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{8}$.fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.$\frac{1}{3}$.

Neapolis maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexãdria ad ortum horæ.$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{8}$.

Elia Capitolia Hieroſolyma maximã diẽ habet hor.14 $\frac{1}{8}$.Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum horæ.$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{15}$.

In Arabia Petrea

Petra maximam diem habet ho.14.Et diſtat ab Alexã.verſus ortũ ho.$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{6}$.

Medaba maximam diem habet horarum.14. ac parum quid. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{15}$.

Boſtra maximam diem habet horarũ 14 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{2}{3}$,fere.

In Meſopotamia

Edeſſa maximam diem habet horarũ 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Niſibis maximã diẽ habet ho.14 $\frac{2}{3}$.Et diſtat ab Alexan.verſus ortũ hora.1.

Nicephorium maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hora.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{15}$.

Lambana maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexã.vſus ortũ ho.1 $\frac{1}{6}$.

Seleucia maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{2}$.fere.Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.1 $\frac{1}{4}$.

In Babylonia

Babylõ maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexã.vſus ortũ hor.1.$\frac{1}{4}$.

Barſita maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexã.vſus ortũ ho.1.$\frac{1}{4}$.fere.

Orchoa maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{4}$ fere.Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.1 $\frac{1}{4}$.fere.

Teredon maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexã.vſus ortũ ho.1 $\frac{1}{3}$.

AREA TABVLAE

Quarta Aſię tabula continet a partib9 65 $\frac{1}{2}$.vſq; ad partes.80 $\frac{1}{2}$. Fitq; Lõgitudo partiũ.17.Latitudo a partibus.28 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes.38 $\frac{1}{2}$.Et fit Latitudo partium.10.



Armenię minoris pars
Taurus mons
Aſſirię pars
Pamphilię pars
Cilitię pars
Anguſtię Cecilię
Sinus yſſico
CY PR VS
Amanus mons
Germania
Tigris fl.
Lic9 fl.
Caprus fl.
Gorges fl.
Caſius mons
Gizania
ME SOPO TA MIA
Antobaritis regio
Ingeña regio
SY RI
Palmira
Bathanei
MARE SYRIACV
Phoenitia
Leon fl.
Antilibanus mons
Libanus mons
Carmelus mons
ÆGiptiacum
Ægipti pars
PALE STINA
Samaria
Galilea
Trachonitis arabes
HEREMVS ARABIE
ARABIA DESERTA
Agrei
Eſſitę
Martem
Maſam
Caldea regio
BA BY LO NIA
Mardocea regio
Strophades
Suſianę pars
Sinus perſicus
ARABIA PETREA
Munichiatis regio
Sinus arabici pars
ARABIE FELLICIS PARS
Montana
foelicis arabie
Horthem
Rahabem
Luma

TABV · IIII · ASIAE

HAEC TABVLA Syriam cum ſuis adiacentibus continet, vt alio latere tactum eſt. Hæc a Syro quodã nomẽ traxiſſe perhibet̃. Hãc ĩcoluit Fœnix Catheni frater, de Thebis ægyptiorum, qui apud Syndonem regnans, regionẽ illam ſuo nomine Phœniceam nominauit. Hęc fertilis et bona eſt, a Iudeis & Saracenis quondam inhabitata.

HVIC tabulæ, Arabiæ duæ partes inſeruntur, Deſertę ſcilicet, et fœlicis. Triplex enĩ Arabia eſt, Petrea ſcilicet, deſerta, & fœlix. Et dicit̃ Arabia, ab Arabo Appollinis, ex Babylone filio. Alij dicunt, ꝙ Arabia idem quod ſacrum dicatur, eo ꝙ thuriferos odores creet. De fœlici aũt nihil ad propoſitam tabulam dicẽdum erit, quia in ſexta de ea tractabitur. Deſertę autem eſt heremus mire magnitudinis, vbi nihil niſi ſerpẽtes & beſtię immanes morant̃.

TABVLA ·V· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Prefecturis quas quinta Aſię tabula complectitur.

Aſſyria.
Suſiana.
Media.
Perſis.
Parthia.
Carmania deſerta.
Hyrcania.

ASIAE tabula quinta cõtinet Aſſyriam, Suſianam, Mediã Perſidem, Parthiã, & Carmaniam deſertã. Parallelus ipſi⁹ medius, rationẽ habet ad meridianũ, quam quatuor ad quinq;.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aria.
A meridie Carmania, & ſinu Perſico.
Ab occaſu Babylonia, ac Meſopotamia, & parte maioris Armenię.
A Septẽtrionibus Hyrcani maris parte, & regione Hyrcania.

Aſſyrię inſignes ciuitates

Ninos, quę & Nineui, maximã diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Arbila maximam diem habet horarũ 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Cteſiphon maximam diem habet horarum. 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hora. 1 $\frac{1}{3}$.

Suſianę

Suſa eiuſdem nominis ciuitas cũ ipſa, maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.
Tariana maximam diem habet horarũ. 14 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$. fere.

Medię

Cyropolis Medię maximã diẽ habet horarum. 15. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Acbatana maximam diem habet horarum. 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Arſacia maximam diem habet horarũ 14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{13}$.
Europus maximam diem habet horarum. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. 2 $\frac{1}{4}$. fere.

Perſidis


Axima maximam diem habet horarũ 14 $\frac{1}{3}$. fere. Et diſtat ab Alexan. verſus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Perſopolis maximam diem habet horarum. 14 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor. 2 $\frac{1}{13}$.
Maraſſium maximã diem habet horarum. 14 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexan. verſus ortum hor. 2 $\frac{1}{6}$.
Taoca maximã diem habet hor. 14. Et diſtat ab Alexã. verſus ortũ hor. 2. fere.

Parthię

Hecatonpylus maximam diem habet horarum. 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor. 2 $\frac{1}{3}$.
Ambrodax maximam diem habet horarum. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor. 2 $\frac{1}{3}$. fere.
Arracana maximam diem habet horarũ. 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor. 2 $\frac{1}{3}$. &. $\frac{1}{13}$.

AREA TABVLAE

Quinta Aſię tabula continet a partib⁹ 75 $\frac{1}{2}$. vſq; ad partes. 101. Et fit Longitudo partium. 25 $\frac{1}{2}$. Latitudo aũt a partibus. 29. vſq; ad partes. 43 $\frac{1}{3}$. Et fit Latitudo partium. 14 $\frac{1}{3}$.



Armenie maioris pars
Caspij montes
Caspij
Albanie
Marndi
MEDIA
Martianana regio
Margasi
Amariate
Grindi
HIRCANIA
Siracena regio
Mesopotamie pars
ASSURI
Arrapachitis regio
Sambate
Babilonie regio
Coßei regio
Caltapitis regio
Cabandena regio
Cissia
campus
PERSIDIS
Rapsij
persopolis
Ragiana regio
Coromithrena
Parthiena regio
PARTHIA
Parthayscena re.
Sobide
Sabiena regio
par ti atras mons
Ra gaea mons
Madomasti ca regio
CARMANIA DESERTA
isachite
Hippophagi
Megores
Gabei
Gabeti
Sinus mesanites
SINUS PERSICUS
Alexandria
ophetha
Tariana
Talca
Arabie deserte pars
Carmanie pars
Tigris fl.
Eufrates fl.
orontes mons
13 paralel.
12 paral.
CLIMA 7
11 paralell.
10 para.
9 para.
CLIMA
8 para
CLIMA IIII

TABVLA ·V· ASIAE

DE ASSYRIA ita ſcribit Auguſtinus, Aſſyria ab Aſſur, filio Sem, appellata eſt. Et in ea raro pluit, quicqd in ea frumenti prouenit, fluminis irrigatione parat̃, non ſua ſponte, vt ĩ Aegypto, ſed accolarũ ingenio & labore, tanta alioquin vbertas, vt ducena vulgo, & vbi eximie ferax, trecẽtena meſſe redundet tellus, quaternũ digitorũ latitudine tritici & hordei folia ſint. Seſami & milij ꝓceritas, arborũ inſtar attollatur. Quę omnia ſibi explorata, cunctantiꝰ tñ Herodotus memorãda cenſuit, velut parũ credibilia, ſi ijs, qui ea non viderĩt, talia proderẽtur. Palmis veſcunt̃, ex quibus mel & vinũ conficiunt. Fluuialibus nauigijs vtuntur, in ſpeciẽ clypei orbicularis, non puppi, non prora diſcretis, quę ſuper Aſſyria in Armenia ſalicibus texuntur, crudo corio exteriori parte obducto. Amiciuntur Aſſyrij duabus tunicis, linea vna, ad pedes demiſſa, altera linea breui, candidaꝗ; ſtola his ſupiniecta. Calceos pedibꝰ inducũt, quales Thebanę ſoleę fuerũt. Comas alũt, mitraꝗ; redimiũt, vnguẽtis delibuti, ĩ publicũ exeunt. Annulũ ſignatoriũ ſinguli habent, & ſceptrũ affabre factũ, cui malũ aut roſę, aut liliũ, aut aliud ſimile ſit impoſitũ. Ex legibꝰ, quibus ea gens vſa dicitur, ea mihi res memorabilis viſa eſt, ꝙ virgines iã maturę, viro in publicũ ꝓductę, ſingulis annis, ijs venales ꝓponebãtur, qui vxores ducere vellẽt, dabant̃ꝗ; primo venũ formoſiſſimę queꝗ;. Quibus minꝰ ſpectata erat forma, et quas nõ modo nõ quiſquã ſibi mercaturꝰ fuiſſet, ſed ne gratis alioqui ducturus, ea pecunia, quę fuerat pulchrioribus venditis, in publicum redacta, connubio locabantur.

DE BABYLONIORVM LEGE.

BABYLONIORVM altera lex, quo vtilior, eo magis memorabilis, cum nullus ab initio in his eſſet medicorũ vſus, lege ferunt cõparatũ, vt qui ægrotare cœpiſſet, eos de morbo conſulerẽt, qui idẽ languoris genus paſſi eſſent, medicãꝗ; ad id leuandũ opem aliquã experti. Apud alios ſcriptũ reperio, in publicũ ęgrotos deferri ſolitos, legeꝗ; cautũ, vt q aliquãdo ęgrotaſſent, male affectos circuirẽt, docerẽtꝗ; ſingulos, qua ipſi ope potiſſimũ adiuti, aliquãdo morbo defuncti eſſent. Eorũ ſepulchra in melle, funebris luctus, qui et Aegyptijs. Qui cũ vxore noctu cõgreſſus eſt, nihil prius vterꝗ; tangit ꝗ̃ lotus fuerit. Omnibꝰ Babyloniorũ mulieribꝰ, olĩ mos fuit, ex cauſa quadã, in aliqua re venerea cũ hoſpite ꝑmiſceri, cũ turba et cultu plurimo ad illũ veniẽtibꝰ, q̃libet noto aliꝗ̊ coronabat̃, hoſpes quã cognoſcere volebat, poſuit ſuꝑ illius genu argentũ, quantũ ſibi videbatur, tũ coibat cum ea, longe a fano abducta, argentum illud Veneri ſacrum erat.

DE HYRCANIA.

HYRCANIA dicta a ſilua hyrcana, quę Scythię ſubiacet. Eſt aũt ſiluis aſpera, copioſa immanibus feris, Tigridibus, Pantheribuſꝗ;, & Pardis.

DE MEDIA.

MEDIA dicta a Medo, Medeę & Aegei Athenienſium regis filio. Sagittandi, equitandiꝗ; ſtudium genti pręcipuũ, ac pene peculiare, peruetuſta et regum veneratio. Tiara, pileus, & manicatę veſtes ab his ad Perſas cum imperio fluxere. Proprium Medorũ regum fuit, plures vxores ducere, mox ad priuatos tranſlatum, vt minus ſeptem habere non liceret. Pulchrũ & fœminę, multos habere viros, pauciores quĩꝗ; calamitatem arbitrari. Regio ſterilis eſt, quo ad ſeptẽtrionẽ obuerſa eſt, quo fit, vt ex malis in hunc vſum exiccatis, ac cõtuſis, maſſam conficiant: ex toſtis amygdalis panem, ex herbarum radicibus vinum, ferinis carnibus plurimũ victitantes.

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas ſexta Aſię tabula complectitur.

Arabia fœlix.
Carmania.

ASIAE tabula Sexta continet Arabiã fœlicẽ, atq; Carmaniã cũ adiacentib' inſulis.

Medius eius parallelus, rationẽ habet ad meridianum, quam decem ad duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Gedroſia, & Indico pelago.

Ab auſtro, ipſo Indico pelago, & mari rubro.

Ab occidente ſinu Arabico.

Ab Arctis vtraq; Arabia, petrea, et deſerta, ac ſinu Perſico, et Carmania deſerta.

Inſigniorũ oppidorũ fœlicis Arabiæ

Badeo maximã diem habet hor.13 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horæ vnius. $\frac{2}{3}$. Hic aũt ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtãs ab vtraq; parte æſtiui tropici gradibus.29 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$.

Pudni maximã diem habet hor.13. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ hor. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Hic quoq; ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.44 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Muza maximã diem habet hor.12 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexan. verſus occaſum hora.1. fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.52 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Ocelis maximã diem habet ho.12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hora vna. Hic quoq; ſol bis ĩ anno fit ſupra verticem, diſtas a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.58 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Arabia Emporiũ, maximã diẽ habet hor.12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ hor.1 $\frac{1}{3}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſup̃ ṽticẽ, quũ diſtat a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gra.60 $\frac{1}{3}$.

Cane maximã diem habet hor.12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.1 $\frac{1}{3}$. fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte grad.57 $\frac{1}{3}$.

Gerra magnũ diem habet hor.13 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ hor.1 $\frac{1}{3}$. Hic ſol ſemel in anno fit ſupra verticẽ in ipſo tropico æſtiuo.

Mara maximã diẽ habet hor.13 $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ ho.1 $\frac{1}{15}$. Hic quoq; ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ, diſtãs a tropico æſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.37.

Omanum magnum diem habet ho.13 $\frac{1}{4}$. fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.1 $\frac{1}{6}$. Hic ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, quũ abeſt a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.34 $\frac{1}{4}$.

Menambis magnam diem habet horarũ.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hora.1. Hic quoq; ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico æſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.44 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Sabbatha maximam diem habet horarũ.13. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ ho.1 $\frac{1}{8}$. Hic quoq; ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ diſtãs a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.48 $\frac{1}{6}$.

Sabe maximã diem habet ho.12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hora.1 $\frac{1}{15}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.44.

Sapphar maximam diem habet horarum.12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexã. verſus ortum hor.1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte grad.51 $\frac{1}{6}$.

Inſularũ inſignium, quæ circa fœlicem Arabiam ſunt

Dioſcoridus maximã diem habet horarũ.12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{10}$. Et diſtat ab Alexã. verſus ortum hor.1 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{10}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtãs a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gradi.65 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.


Sarapidis inſula maximã diem habet hor.13 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ ho.2 $\frac{1}{4}$. Hic quoq; ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ, diſtãs a tropico æſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.41 $\frac{1}{3}$.

Apphana maximam diem habet horarũ.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.1 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{15}$.

Inſigniorum Carmanię ciuitatum

Armuza maximam diem habet horarũ.13 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.2 $\frac{1}{4}$. Hic quoq; ſol ſemel in anno fit ſupra verticẽ, cum eſt in tropico æſtiuo.

Samydace inſula maximam diem habet ho.13 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{8}$. Et diſtat ab Alexandria



TABVLA·VI ASIAE
8.paral.per Alex max.diē.ho.14
Clima.3.
7.par. maxi. diem ha.ho. 13 3/4.
6.para.max. diē.ho.13
Clima.2.
5.Parale. max.diē ho.13
Clima.1.
3.paral.ha.max. diē hor.13.
Miliaria54.
Tropi. cā.
Milia.57.
Miliaria.59.
Arabie deserte pars
Mons na felix Arabie
ARABIA
FELIX
SINVS PERSICVS
Tropicus Cancri
SINVS ARABICVS
MARE RVBRVM
INDICVM MARE
CARMANIA
Carmanie deserta pars
Agdemnis regio
Smyrnophoros interior
Smyrnophoros exterior
Mare Melanes Montes
Angustie
Zenobij insule
Sarapiadis
Organa
Dioscori di insula
Agathocdis
Ethiopie pars
Combusta

verſus ortū ho.: $\frac{2}{3}$.fere. Hic quoqꝫ ſol bis ī anno fit ſupra verticē, diſtās a tropico eſtiuo, ab vtraqꝫ pte gra.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{20}$.
Carmana regia maximam diem habet horarū.13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexan. verſus ortum hor.: $\frac{2}{3}$.
Carmina inſula maximā diem habet hor.13 $\frac{1}{8}$.fere. Diſtatqꝫ ab Alexandria verſus ortū ho.: $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Solē quoqꝫ bis in anno ſup̄ verticē ſuſcipit, quū diſtat a tropico eſtiuo ab vtraqꝫ pte gr.39 $\frac{1}{2}$.

AREA TABVLAE.

Sexta Aſię tabula continet a partibus 65.vſqꝫ ad partes.104. Fitqꝫ Longitudo partiū.39. Latitudo a ptib⁹.9. vſqꝫ ad partes.31. Et fit Latitudo partiū.22.

TABVLA ·VI· ASIAE.

DE MORIBVS ARABVM, ET PRODIGIIS ARABIAE.

ARABES longe lateqꝫ diffuſi, diuerſis moribus viuunt, et cultibus plurimis, crinib⁹ intonſis, mitrata capita habēt, redimitu pari, pars raſa in cutē barba. Artes haud ab vno in aliū trāſferunt, ſicut apud nos, ſed in patrijs quiſqꝫ pmanet inſtitutis. Qui maxim⁹ eſt natu, is in totā gentem regnum obtinet. Quæ poſſident, vniuerſæ ſunt cognationi cōmunia, vna omnibus vxor. Qui primus domū ſubierit, poſito ante ianuam ſcipione, cū ea congreditur, cū grandiori natu pernoctat. Ita omnes, omniū ſunt fratres, coeunt cum matribus & ſororib⁹, pecudum ritu. Adulter capite plectitur, alterius ſanguinis congreſſus, pro adulterio eſt. domeſtici in vniuerſum legitimi habent. Conuiuia fere terdeni celebrant, et in his muſicæ artis duo nō imperiti, cōſanguinei ſibi inuicē miniſtrant. Vrbes et oppida ſine mœnibus, pacate inter ſe agunt. Seſamino oleo vtūtur, beatiſſima alioq rerū vbertate. Ouiū greges candidi velleris, grandiori ſtatura boues, equis omnino carent, quorū deſideriū adimit chamelorū copia. Aurū, argentū, et plura aromatum genera, terrę peculiaria. Aes, ferrū, veſtes, purpura, Crocus, coſtus, tauremata aliunde aduehuntur. Defunctorū corpora ſtercore abiectiora. Regū cadauer ſterquilinijs ſepeliunt. Eidem inter homines, vt qui maxime ſeruant, quā huncin modum dant. Quoties fœdus inire volunt, alius quidem medius inter vtrūqꝫ ſtans, acuto lapide ferit volam, iuxta maiores digitos ipſorū, qui fœdus ineunt, demū ſumpto flocco ex vtriuſqꝫ veſtimento, inungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendū inuocans Dyonyſium & Vraniam. Hoc acto, idem, qui fuit ſequeſter fœderis, inter amicos cōtrahendi, vadat hoſpitem, aut forte ciuem, ſi cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipſi, qui amicitiā cōtraxerunt, ſeruare iuſtum cenſent. Mirrę ſarmentis ignes fouent, quorum fumo ſatis noxio, niſi odore cremati ſtiracis occurrant, plerūqꝫ incurabiles morbos contrahunt. Cinnamū per ſacerdotes legitur, hoſtijs prius ceſis, quas cum litauerint, obſeruatur, vt meſſis, nec ortū ſolis anticipet, nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatū tenet, ſarmentorū ſtrues haſta diuidit, quæ ſacrata eſt in hunc vſum, atqꝫ ita portio manipulorū etiā Soli dicatur, quæ ſi iuſte diuiſa eſt, inflagrata incendiū ſponte concipit. Vmbrę quæ nobis dextrę ſunt, illis ſiniſtrę. Pars eorū, quibus aſper victus eſt, ſerpentes edunt, nulla illis animi vel corporis cura, ac propterea Ophiophagi nominantur.

TABVLA ·VII· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas ſeptima Aſię tabula complectitur.

Margiana.
Bactriana.
Sogdiana.
Sacę.
Scythia intra Imaum montẽ.

ASIAE tabula ſeptima cõtinet Hyrcaniã, Margianã, Bactrianã, Socdetnaos, Sacas, & Scythiam intra Imaũ montem.
Paralleſus ipſius medius, rationẽ habet ad meridianũ, quam duo ad tria.

Terminatur autem tabula
Ab ortu Scythia, quæ intra Imaum montem eſt.
Ab Auſtro monte Imao, qui ſupra Indos eſt, qui intra & extra Gangem ſunt. Pręterea Paropaniſadibꝰ et Aria ac Parthia, & parte Hyrcani maris
Ab occaſu parte Medię, & Hyrcani pelagi, & Sarmatia Aſiatica.
Ab Arctis terra incognita.

Inſigniorum Ciuitatum Hyrcanię

Eiuſdem nominis cũ regione Hyrcania maximã diem habet ho.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis æquinoctialibus.2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.
Amaruſa maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.2 $\frac{1}{3}$.

Marginaæ Ciuitates

Margiana Antiochia maximã diem habet hor.15.fere. Et diſtat ab Alexandria ad ortum hor.3 $\frac{1}{12}$.
Nigea maximã diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ hor.3.

In Bactriana

Characharta maximã diem habet horarum.15 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.3 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.
Zariſpa maximã diẽ habet ho.15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ Et diſtat ab Alexã verſus ortũ ho.3 $\frac{1}{3}$.
Bactra maximã diem habet hor.15. Et diſtat ab Alexã.ṽſus ortũ ho.3 $\frac{2}{3}$.& $\frac{1}{12}$
Maracanda maximam diem habet horarum.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.3 $\frac{1}{2}$.fere.

In Sogdianis

Oxiana maximam diem habet horarum.15 $\frac{1}{2}$.fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.fere.
Maruca maximam diẽ habet ho.15 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.fere.
Drepſa maximã diẽ habet ho.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ ho.4.
Vltima Alexandria maximam diem habet horarum.15. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.4 $\frac{1}{8}$.

In Scythia, quæ intra montẽ Imaum eſt

Aſpabota maximam diem habet horarum.15 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.fere
Dauaba maximam diem habet horarũ.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.5.fere

AREA TABVLAE

Septima Aſiæ tabula continet a partibus.85.aut per totum mare Hyrcanũ vſq; ad partes.145. Et fit Longitudo partium.65.aut.71. Latitudo a partibꝰ 35. vſq; ad partes.63. Fitq; Latitudo partium.28.



TABV. VIII ASIAE
Hic ſunt homines non manducantes ſed ſolo fumo et olla in quacor ... deorſe ſunt reſi... untur
Vnus grad. longi. valet
Miliaria. 40 ½.
Milia. 44 ½.
Alanorſi
Suobeni
Alaniſchite
Seacari
Alani Montes
Meſſei
Siebij
Siebij mon tes
Sasones
Tectoſaces
Robosti
Acnacarn
Mologeni
Samnite
SCITHIA INTRA IMAVM
Galathophagi
Aſpiſij Montes
Aſpiſij
Rimica montes
Thiabiace
Machatregi
Canodipſa
Regio
Norosſitis
Norobes
mons norosſi
Iaſarte
Catageſchite
Coroci
orgaſi
Aede
Tacori
Sogdij
Sagarauce
MARE HIRCANV̄
Hic dominatur ꝛ ambulat contra ... ceps tartarorum ... mperator ſup 600 armatorum virorum.
Alexandria Oxiana
Zariaſpe
Tariſpa
Cirrodes
SOGDIANA
Alexandria ultima
Vandabanda regio
Comede
Thorne
Sacharũ regio nomadũ ciuitates enim et villas non hũt nemorum ante et ſpeluncas habitant.
SACHA REGIO
Comari
granei ſchite
Maſſagete
Caratze
Aſtacante ſchite
Amareiſchite
Ta pu ri mon tes
Aſta tan tas mo ns
Imaus mons
A na rei mon tes
Bilche
MAR GIA NA
BACTRIANA
Ebrurri
HIRCANIA
MEDIA
Coronus mons
Sariphi mont
parthie pars
Arie pars
parapaniſi pars
20.para.ha.diẽ maxi.ho.19.
19 .para.ba.diẽ maxi. ho.18.
18.para.hab. diẽ maxi.ho.17 ½.
17 .para. ha.diẽ maxi.ho.17.
16.ha.diẽ ho.16 ½.
15.ha.diẽ hor.16.
China.7
14. habẽs diẽ ho.15 ½.
Cli.6. 13.diẽ ho. 15 ¼.
Clis.
90 95 100 105 110 115 120 125 130 135 140

TABVLA ·VII· ASIAE

SCYTHIA regio ſeptentrionalis, a Scytha Herculis filio (vt tradit Herodotus) dicta. Vel vt Beroſus, a quodam alio ex Araxæ priſcæ, quæ Noe coniunx fuit, genito indigenę Scythæ. Hij olim a principio paruam patriam poſſidebant, poſtmodũ paulatim per virtutem & vires aucti, quũ regiones multas ſibi ſubdidiſſent, in magnum imperium gloriãqꝫ peruenere. Ea primi natio iuxta Araxim flumen parua numero propter ignobilitatem conſedit, nacti regem quendam bellicoſum, & militari virtute pręcipuum, agros ampliarunt, montanos quidẽ vſqꝫ ad Caucaſum, campeſtres v̄o vſqꝫ ad oceanũ, et Męotidã paludem, aliaqꝫ loca ad Tanaim vſqꝫ flumen, a quo Scythia ipſa longo tractu verſus ortum protẽſa, Imao monte, per mediũ, velut in duas Scythias diuiditur. Quarum vna Scythia intra Imaum montem dicitur, altera extra, ab alieno imperio, aut intacti aut inuicti Scythiæ ſemper manſerunt. Darium Perſarum regem turpi a Scythia ſubmouere fuga. Cyrum cũ omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducem, cum copijs vniuerſis deleuerunt, Romanorũ audiuere, nõ ſenſere arma, gens & laboribus & bellis aſpera, vires corporum immenſę. Hæc inter ſe olim diſcreta non erat, vtpote, quę neqꝫ agrum coleret, neqꝫ tectum, ſedeſue haberet vllas, per ſolitudines & inculta vagabaẗ loca, armẽta pecoraqꝫ prę ſe agens, coniuges & liberi plauſtris vehebantur, legibus nullis obnoxia, iuſticiã ſponte colebat, nullum furto grauius in tota gente flagitiũ fuit, vt quæ non parietibus aut ſeptis armentum circũdat, ſed in propatulo habeat. Nullus ipſi aut auri aut argenti vſus. Lac & mel in cibatu frequens, contra frigora & rigores ferinis pellibus, muriniſqꝫ corpora cõmunibat. Laneus vſus ac veſtium, ignotus genti, erat ijs ſane viuendi ritus frequens Scythis, ſed non omnibus, pleriqꝫ eorum, vt loco plurimum diſtantes, ſic ab inuicem vita diuerſi, veluti peculiares inter ſe fouebant mores, de quibus poſtea dicemus.



TABVLA ·VIII· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas octaua Aſię tabula complectitur.

Scythia extra Imaum montem.

Serica.

ASIAE tabula octaua cõtinet Scythiam extra Imaum montẽ, et Sericam. Parallelus ipſius medi⁹, rationem habet ad meridianum, quam duo ad tria.

Circumſcribitur autem tabula
Ab Arctis & ortu terra incognita.
A meridie Sinis, & parte Indię.
Ab occaſu Saccis, et Scythia, intra Imaum montem.

Scythię inſignes ciuitates

Iſſedon Scythica maximam diem habet hor.16 $\frac{1}{8}$.fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.6.

Auzacia maximam diem habet horarum.16 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$.

Serice inſignes ciuitates

Iſſedon Serica maximam diem habet horarũ.15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.6 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.fere.

Droſicha maximam diem habet horarũ.15 $\frac{1}{6}$. Et diſtat ab Alexãdria ꝟſus ortum hor.7 $\frac{1}{7}$.


Ottorocora maximam diem habet horarum.14 $\frac{2}{3}$. fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.7.

Metropolis Sera maximam diem habet ho.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Diſtatq́ ab Alexãdria verſus ortum horis.7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. aut totas.8.

AREA TABVLAE

Octaua Aſiæ tabula continet a partibus.140.vſq́ ad partes.180. Fitq́ Lõgitudo partium.40. Latitudo a partibus.35.vſq́ ad partes.63. Et fit Latitudo partium.28.

zz


Vnus gradus longitudinis in hoc paral. per tylen continet miliaria. 28. ½.
Milia. 32. ½.
Mili. 40. ½.
Miliaria. 47.
Miliaria. 50.
21. paral. p tylen ha. di. ma ho. 20
20. pa. ha. die maxi. ho. 19.
19. paral. ha. die maxi. ho. 18.
18. pa. ha. di. maxi. ho. 17.
16. par. ha. die max. ho. 16.
15. par. p boristhene. ha. die ma. ho. 16.
CLIMA. 7.
14. paral. ha. die max. hor. 15. ½.
CLIMA. 6.
13. para. ha. die maxi. ho. 15. ¼.
12. par. ha. di. maxi. ho. 15.
CLIMA. 5
11. para. hab. die ma. ho. 14. ½. ¼.
10. par. ha. di. ma. ho. 14. ½.
145
150
155
160
165
170
175
180
60
55
50
45
40
SCHYTIA EXTRA
SERICA REG
IMAVM MONTEM
Abiſcythe
Hippophagiſcythe
Auratus
Antropophagi
Anubii montes
tabinni
Arati orum montes
dam
Oethardes fl.
Aſmirea
Aſmirei montes
Troana
Auzata
Iſſedonſchite
Caſſia regio
Cathe ſchite
Achaſſa regio
Iſſedo ſeri
Aſpatare
Tagatus
mons
Aſpatea
Toſata
bantiſis fl.
Caunei ſchyte
palliana
Tolana
Togoni
Daxata
Tautana
Abrogana
Orolana
Sera metropolis
Corax mons
Emodiorum montes

TABVLA ·VIII· ASIAE

GAVDENT Scythiarũ gentes cęde humana. Qꝫ primũ virũ in bello vir Scytha cœperit, eius ſanguinẽ potat. Quoſcũq; in bello interemerit, eorũ capita regi offert, nã capite ablato, fit prædę quãcũq; cęperit particeps, alioqui expers. Caput hoc modo pręcidit. In orbẽ illud amputat circa aures, verticeq; ſumpto excutit, deinde pellẽ detrahit, et vbi ſicut bouis coriũ, manibus molliuit, tanq; mantile poſſidet, eaq; et habenas equi ſui appenſa gloriatur. Qualium mantilia, vt quiſq; plurima habet, ita vir pręſtantiſſimus iudicatur. Multi etiam ſunt, qui coria hæc humana, tanq; brutorũ conſuũt, quibus pro amiculis induantur. Cęſorum hoſtium manus dextras cum vnguibus excoriant quidam, atq; cum ijs pharetrarũ opercula obducũt. Nonnulli totos homines excoriatos, coria ſuper ligna extenta, ſupra equos circumferũt. Capita dicto modo exciſa, exterius crudo bouis corio ſuperducũt, interius inaurant etiam, qui ditiores ſunt, et pro poculis vtuntur. Hoſpitibꝰ qui ad eos veniũt, viris alicuius æſtimationis exhibent, referuntq; illos a ſe eſſe ſuperatos, id ſtrẽnuitatis loco ponentes. Semel quottannis ſinguli regionum principes vinum crateri miſcent, de quo Scythę omnes, hoſtiũ homicidę bibunt. Nemo guſtat, qui nihil pręclari operis ediderit, ſed ſine honore ſeorſum ſedet, quæ res apud eos eſt maxime ignominię. Qui ꝟo complures cędes fecerũt, hij duobus pariter (quos habent) calicibus potãt. Deos hos ſolum propiciantur & colunt, Veſtam ſcilicet ante omnes, deinde Iouem, ac Tellurẽ, exiſtimantes Tellurem Iouis coniugem eſſe. Poſt hos Appollinẽ. et cœleſtem Venerẽ, Martem, & Herculẽ. Nulli tñ ex his ſimulachra, aras & delubra facienda putant, pręterq; Marti, cui ex captiuis centeſimũ quęq; immolãt, cęteris tũ alia pecora, tũ pręcipue equos, ſues, pro nihilo putant, quos nec alere omnino in ſua regione volunt. Rex, in quos morte animaduertit, eorũ ne liberos quidẽ relinquit, ſed vniuerſos mares interficit, fœminis nihil leſis. Fœdera cum quibuſcũq; ineunt Scythę, hoc modo, Infuſo in grandem calicẽ fictilem vino, commiſcent eorum ſanguinẽ, qui fœdus feriunt, percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulũ corporis, deinde in calice tingunt acinacẽ ſagittas, ſecurim, iaculum, hæc vbi fecerũt, ſeſe multis verbis deuouent, poſtea vinum epotant, non modo hij, qui fœdus fecerũt, ſed etiam comites hij, qui ſunt maximę dignitatis. Maſſagethę populi Scythię, in Aſia, vltra mare Caſpiũ, veſtitu & victu Scythis perq; ſimiles. Quo fit, vt Scythę a pleriſq; credant. Ex equis pugnant et pedibus, vtroq; pugnę genere pene inuicti. Sagittis, haſta, ſangari, id eſt ferro, quo accincti ſunt, auroq; in baltheis & capitis ac axillarũ ornatu vtuutur: Aureos thoraces equorũ pectoribus inducunt. Ex auro frena & phaleras conficiũt, æreas cuſpides haſtis pręfigunt, ęre pharetras muniũt. Ferri & argenti nullus apud eos eſt vſus: Singuli vxorem ducunt, eaq; cõmuniter vtuntur, idq; Scythearum ſoli faciunt, ſi Scythę habitandi ſunt. Quoties aliquis mulieris libidine capitur, ſuſpẽſa ad plauſtrum pharetra, cum ea ſine pudore concubit.

TABVLA ·IX· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas nona Aſię tabula complectitur.

Aria.
Paropaniſade
Drangiana
Arachoſia
Gedroſia

ASIAE tabula nona continet Ariã, Paropaniſadas, Drangianã, Arochoſiam, & Gedroſiam.

Parallelus ipſius medius, rationẽ habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim.

Circumſcribitur autem tabula
Ab ortu India.
A meridie Indico pelago.
Ab occaſu vtraq; Carmaña, et Parthia
Ab Arctis Margiana, & Bactriana.

Arię inſignes ciuitates

Aria maximã diẽ habet ho.14 ⅔ 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ ho.5.
Bitaxa maximam diem habet horarũ 14 ½ ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.2 ⅔ ¼.
Alexandria Ariæ maximam diem habet horarũ.14 ½. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 ⅓.

Paropaniſadum

Naulibis maximam diem habet horarum.14 ⅓ ⅛. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 ½ ⅓. fere.
Carura, quę & Ortoſpona, maximam diem habet hor.14 ⅓ 1/12. Diſtatq; ab Alexandria verſus ortũ hor.5 ½ ⅓.

Drangianę

Prophthaſia maximã diem habet horarum.14 ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 ⅓.
Ariaſpa maximam diem habet horarum.13 ½ ⅓. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 ¼. fere.

Arachoſiæ


Alexandria maximam diem habet horarum.14 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 ½ 1/10.
Arachotos maximam diem habet horarum.14. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5 ½ ⅓ 1/30.

Gedroſię

Cuni maximã diẽ habet ho.13 ½ ¼. Et diſtat ab Alexãdria v̄ſus ortũ ho.5 ⅓.
Muſarna maximã diẽ habet ho.13 ½ ¼. Et diſtat ab Alexã. verſus ortũ ho.5 ⅓.
Arbis maximam diem habet horarũ 13 ½. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.5. Hicq; ſol ſemel in anno fit ſupra verticem, in ipſo æſtiuo tropico, Et hoc dicimus, quia ſol prope ipſum eſt tropicum. Sciendũ autẽ, q̄ quum diſtat tertia parte vnius magni gradus qui in zodiaco tres efficit, tũ nõ ſemel in anno, ſed bis neceſſe eſt, ſolem fieri ſupra verticem, quando ſcilicet diſtat a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gradibus.3. ſicut in alijs ciuitatibus p̄ſcriptũ eſt, quę ĩ eadẽ p̄te latitudinis ſitę ſunt.

AREA TABVLAE

Nona Aſię tabula continet a partibus 101. vſq; ad partes.119 ½. Et fit Lõgitudo partium.18 ½. Latitudo a partibus.17. vſq; ad partes.39. Fitq; Latitudo partium.22.



Paropaniſus mōs
Tarracena Regio
PAROPA
NIS VS
ARIA
Aſtauem
Regio Scorpiofera
Ceſtroche
Pargete
ARAHOSIA
Alexandria
DRAGIA NA
GEDROSIA
Muzarem
Oſchana
Pandarena Regio
Carma nie ps
MARE INDICVM
Sinus Canticolpus
Sinus paragonicus
Indie pars intra Gangem
Tropicus Cancri
Miliaria ·90·
Miliaria ·94·
Miliaria ·97·
CLIMA ·4·
CLIMA ·3·
CLIMA ·2·
diez maior horarum ·14·$\frac{1}{2}$
Rex de guerraru ſuis ydolatra rafiranus eſt

TABVLA ·IX· ASIAE

IN HAC tabula pauca ſunt mirabilia, ĩ autẽticis ſcripturis reperta. Ideoqꝫ de quibuſdam gentiũ, in confinibus habitantium, moribus & vita aliquid recitare licet. Quod de Parthia (quæ huic tabulæ contermina eſt) abſoluam. Parthiã igit̃ Parthi, Scytharũ exules a ſe vocauerũt furto terram occupatã, cuius ſitus ex tabulis pcedẽtibus patuit. Regio eſt nemoroſa, montana, & inops frugũ. Gens ipſa Aſſyriacis Mediſqꝫ temporibus obſcuriſſima, regnoqꝫ a Medis ad Perſas tranſlato, velut vulgus ſine nomine, victoribus prædæ fuit. Poſtremo Macedonibus ſeruiuit. Procedente deinde tẽpore, ea fuit ipſius gẽtis virtus, hĳ rerũ ſucceſſus, vt non tm̃ finitimis imperaret, ſed a Rhomanis omniũ gentium victoribus bello petita, eos magnis cladibus victos affecerat. Plinius quatuordecim Parthorũ regna numerat. Trogus his orientis imperiũ attribuit, velut orbis diuiſione cũ Rhomanis facta. His ſermo inter Scythicum Medũqꝫ medius, ex vtriſqꝫ mixtus. Veſtis olim ſui moris, poſteaqꝫ acceſſere opes, vt Medis, perlucida ac fluida. Armorũ patrius ac Scythicus mos. Exercitus non vt aliæ gentes liberorũ, ſed maiori ex parte ſeruorũ habent. Quorũ vulgus nulli manumittendi poteſtate ꝑmiſſa, ac per hoc omnibus ſeruis naſcentibus indies creſcit. Hos pari cura ac liberos ſuos habẽt, et eqtare et ſagittare magna induſtria docẽt, vt quiſqꝫ locuples eſt, ita magnum regi ad bellum ituro equitatũ inſtruit. Itaqꝫ Anthonio bellum Parthis inferenti, cũ quinquaginta milia equitũ occurrerent, ſoli octingenti liberi fuere. Cominꝰ in acie preliari neſciũt, obſeſſaſqꝫ expugnare vrbes. Pugnant aũt procurrẽtibus equis, aut terga dantibus. Sepe etiã fugam ſimulant, vt incautiores aduerſus, vulnera inſequentes habeant. Signum his in prelio, non tuba, ſed tympano dat̃, nec pugnare diu poſſunt. Ceterũ intollerabiles eſſent, ſi quantꝰ his impetus eſt, vis tanta & perſeuerãtia foret. Plerũqꝫ in ipſo certaminis ardore prelia deſerũt, ac paulo poſt pugnã ex fuga repetũt, & cũ maxime viciſſe te putas, tunc tibi diſcrimẽ ſubeundũ ſit. Munimentũ equitibꝰ loricæ plumatę, idem & equis, quibus bello vtunt̃. Auri argentiqꝫ nullus olim, niſi in armis vſus. Vxoreſqꝫ dulcedine varię libidinis ſinguli plures ducunt, nec vllum grauius flagitiũ, q̃ꝫ adulteriũ vindicant, ob id etiã mulieribus non cõuiuia ſolũ virorũ, verũ etiam conſpectũ interdicũt. Quidã aũt (et in his Strabo) cõiugio eos ſuas amicis in matrimoniũ tradere, vt liberos ex eis ſuſcipiant. Carne nõ alia veſcuntur, q̃ꝫ venatibus quæſita. Equis omni tempore vehunt̃, his petunt bella, his conuiuia adeunt, mercantur, colloquũtur, omniaqꝫ publica & priuata obeũt munia, equo ſedentes, atqꝫ ſingulare illud inter ordines diſcrimẽ, ꝙ ſeruilis fortunæ viri pedibus cõmeant, ingenui equis vehuntur. Sepultura vulgo aut auium aut canũ laniatus eſt. Nuda demũ oſſa terrra obruũt, deorum cura, veneratioqꝫ præcipua. Ingenia genti tumida, ſeditioſa fraudulenta, procacia, quippe violentiã viris, mãſuetudinem fœminis aſſignant.

TABVLA · X · ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas decima Aſię tabula complectitur.

India intra Gangem.

ASIAE tabula decima cõtinet Indiã intra Gãgem fluuiũ, cũ adiacẽtibus ſibi inſulis.

Parallelus ipſius medius, rationem habet ad meridianum, quam vndecim ad duodecim.

Terminatur autem tabula
Ab ortu India extra Gangem.
Ab auſtro parte Gangetici ſinus, & Indici pelagi.
Ab occaſu Gedroſia, & Arachoſia, & Paropaniſadis.
Ab Arctis parte Imai mõtis, quę ſub Sogdianis, & Saccis eſt.

Inſignes in ea ciuitates

Simylla maximam diem habet horarũ.12 1/2 1/4.fere. Et diſtat ab Alexandria ỹſus ortũ ho.3.& 1/3. Hic quoqꝫ ſol bis in anno ſupra verticem fit, quũ diſtat a tropico ęſtiuo vtraqꝫ parte grad.50 1/2.
Muceris maximam diem habet horarũ.12 1/2 1/4. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ ho.3 1/2 1/3. Hicqꝫ ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ, quando diſtat a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibꝰ.52 1/2 1/3.
Chaberis maximam diem habet horarum.12 1/2 1/3 1/12.aut.13.fere. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ ho.4 1/2 1/13.fere. Sumitqꝫ ſolẽ bis in anno ſupra verticẽ quũ diſtat a tropico æſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.47 1/2.
Palura maximã diẽ habet hor.12 2/3. Et diſtat ab Alexã. verſus ortũ ho.5.& 1/8 Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſup̃ verticem, quũ diſtat a tropico æſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.60 1/3.
Caſpira maximam diem habet horarũ.14 1/12.fere. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.4 1/2.fere.
Bucephala maximam diem habet horarũ.14. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortum hor.4 1/3 1/30.
Palimbothra maximã diem habet horarũ.13 1/2 1/4. Et diſtat ab Alexã. verſus ortũ ho.5 1/2 1/30
Patala maiorẽ diem habet ho.13 1/3.fere Et diſtat ab Alexã. verſus ortũ ho.3 1/2 Suſcipit aũt ſolẽ in ỹtice bis in anno, quum diſtat ab vtraqꝫ parte a tropico ęſtiuo partes.26 1/2.
Barbari maximã diẽ habet ho.13 1/3 1/9. Et diſtat ab Alex. ỹſus ortũ ho.3 1/2 1/30 Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſup̃ verticem, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.16 1/20.
Barygaza maximam diem habet horarũ.13 1/12. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hor.3 1/2.& 1/30. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ p̃te gra.41 1/2 1/12
Ocena maximã diem habet hor.13 1/4. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.3 1/2 1/3.fere. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, quũ abeſt a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gra.30 1/2 1/3.
Bęthana magnã diem habet hor.13 1/8. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ horis.3 1/2 1/3.fere. Hic quoqꝫ ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.39 1/3.
Hippocura maximã diẽ habet ho.13 1/3 Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ ho.4.fere. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.55 1/2.
Carura maximã diem habet hor.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ horis.4.fere. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.45 1/4.
Modura Pandionis, maximã diẽ habet hor.13. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ ho.4 1/3. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibꝰ.46 1/2 1/12
Orthura maximã diem habet hor.13. Et diſtat ab Alexan. ỹſus ortũ ho.4 2/3 Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.45 1/4.
Pitynda maximam diem habet horarũ.12 1/2 1/4. Et diſtat ab Alexan. verſus ortũ hor.5. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraqꝫ parte gradibus.57 1/12.

AREA TABVLAE

Decima Aſiæ tabula continet a partibus.109. vſqꝫ ad partes.148 1/2. Fitqꝫ Lõgitudo partiũ.39 1/2. Latitudo a partibus.11. vſqꝫ ad partes.39. Fitqꝫ Latitudo partium.28.



Imaus mons
Scythie ps
Clima 4.
Clima 3.
Clima 2.
Paropanisade
Arachosia
Betius mons
Geodrosie pars
Cathiaei
Vindius mons
Gimnosophiste
Caspirei
India extra Gangem pars
Palimbothra re
Mandale
Adisathri
Poenari
Phillite
INDIA INTRA
GAN
GEM
Soze Nomades
Pandiones
Bettigo mons
Brachmane
Bidiane
Salacetti
Cottonage
Larica regio
Tabasi
Sinus Canthicolpus
Sinus Colchicus
Sinus Gangeticus
MARE
INDICVM

IN DECIMA ET VNDECIMA ASIAE tabulis India intra et extra Gangē fluuiū aſſignatur, quare de Indorum regione & moribus, binis illis in locis agere licet. India igitur regio' orientalis Aſię terminus, tam vaſta perhibetur, vt eam tertiā omniū terrarum partem tradant. Pomponiꝰ tantū littoris occupare ſcribit, quantū ꝑ quadraginta dies nocteſqꝫ velificātibus curſus eſt. Appellata a flumine Indo, in quē ab occidentali plaga deſinit, a meridionali mari incipiens, aduſqꝫ ſolis occaſum porrigitur, & a ſeptētrione vſqꝫ ad mōtem Caucaſum peruenit. Gentes habet multas, & oppidis adeo exculta, vt quidā in ea quinqꝫ milia fuiſſe dicant. Nec mirū ſit, vel de hominū, vel de vrbiū copia, cū ſoli Indi nunqꝫ a natali ſolo receſſerint. Fluuios memorabiles, Gangē, Indū, et Hypanim habet, ſed omniū maximus Ganges. Terra Fauonij ſpiritu ſaluberrima, in anno bis fruges metit, vice hyemis Etheſias patitur ventos. Vino caret, q̄uis non deſit, ꝗ hoc quoqꝫ Muſicanū ſolū ferre autumat. Nardū fere Auſtralis ora fert, & Cīnamomū, piper, & calamum aromaticū, vt Arabia & Aethiopia. Ebenum arborē ſola producit, Pſitacum auē, Monocerō beſtiam. Berillis Chriſopraſſis, adamantibus, carbunculis, lichnitibus, margaritis, vnionibus, & gēmis precioſis abundat. Binę illic æſtates, leues auræ, temperius cœlum, vbertas ſoli, aquaꝝ abundātia. Centū ob id & triginta annorū æuum eorum quidā, vt Muſicani agunt. Senibus vita aliquando longior. Indis omnibus eſt promiſſa ceſaries, non ſine fuco cęrulei aut crocei coloris, cultus pręcipuus cū gemmis, habitus diſcrepantiſſimus, alij laneis, alij lineis peplis veſtiuntur, pars nudi, pars obſcena tm̄ amiculata, plurimi etiā flexibilibus liberis circūdati, niger vulgo corporis color, in materno vtero tales fiūt ſeminis diſpoſitione, quales ipſi ſunt qui genuere. Genitale ſemen vt Aethiopibus, nigrum, ſtatura procera ac valida. In victu frugales ſunt, pręſertim, in caſtris, nec multa turba gaudēt, ornatu plurimo (vt dixi) vtūtur. A furtis magnopere abſtinēt. Legibus vtunt̃ non ſcriptis. Litteras non norunt, ſed omnia memoriter adminiſtrant. Et propter ſimplicitatē ac vitę parſimoniā, omnia eis proſpere ſuccedunt. Vinū non niſi in ſacrificijs bibunt. Potū ex oriza conficiunt & hordeo, cibus magna ex parte oriza ſorbilis eſt. In legibus et contractibus maximā ſimplicitatē eſſe, vel ex eo argui poteſt, ꝙ non multum ſunt litigioſi, nam nec cōmiſſi, nec depoſiti iura vlla habent, nec teſtibus indigēt, nec ſigillis, ſed ſimpliciter credunt. Domū frequentius incuſtoditā habent, quæ profecto omnia continentię ſunt. Multas nuptas habent, quas a parentibus accipiunt, pari boum emptas, alias obedientię gratia, alias prolis ac voluptatis, & niſi caſtas eſſe cogant, fornicari licet. Nemo ex Indis coronatus ſacrificat, nec adolet, nec libat, victimas non iugulant, ſed pręcluſo ſpiritu necant, ne quid mancū deo offeratur, ſed integrum. Qui falſus teſtis deprehenditur, extremis decurtatur digitorū articulis. Qui membro aliquo quempiam orbauerit, non modo talionis penam ſubit, ſed etiam manu truncatur. Qꝫ ſi quis artifici manum oculumue ademerit, capitale eſt. Regis corpus empticę mulieres curāt, quæ regē cuſtodiūt, et reliquus exercitus manet extra portas.

TABVLA ·XI· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouincijs ſeu Prefecturis quas vndecima Aſię tabula complectitur.

India extra Gangem.
Synarum regio

ASIAE tabula vndecima continet Indiã extra Gãgẽ, et Sinas. Parallelus ipſius medius fere eandẽ rationem habet, quã meridianus.

Circumſcribitur autem tabula
Ab ortu terra incognita.
A meridie ſinu magno, et Gangetico, qui in pelago ſunt Indico.
Ab occidente India intra Gangem.
A ſeptẽtrionibus parte Saccarũ, et Scythia extra Imaum montẽ, atq; Serica.

Inſigniorũ ciuitatũ Indię extra Gangẽ

Tacola maximã diem habet horarum ęquinoctialiũ.12 ¼. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ ho.6 ⅔. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico ęſtiuo ab vtraq; pte gra.79 ⅓.
Zabæ maximã diẽ habet hor.12 ¼. & aliquid plus. Diſtatq; ab Alexã. verſus ortũ ho.7 ⅓. Hic quoq; ſol bis ĩ anno fit ſupra verticẽ, diſtãs a tropico ęſtiuo ab vtraq; parte gradibus.78 ⅓.
Toſala maximã diẽ habet hor.13 ½. Et diſtat ab Alexã. verſus ortũ ho.6. Hic aũt ſol ſemel in anno fit ſupra verticẽ in ipſo tropico ęſtiuo.
Tugma maximã diẽ habet ho.13 ⅓ 1/12. Et diſtat ab Alexã. verſus ortũ ho.6 ⅙. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſup̃ verticem, diſtãs a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.18 ¼.
Trilingũ maximã diem habet ho.13 ⅛ Et diſtat ab Alexandria verſus ortum ho.6 ¼. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, diſtans a tropico æſtiuo ab vtraq; parte gradibus.39 ½.
Marcura maximam diem habet horarũ.12 ½ ¼. Et diſtat ab Alexan. verſus ortum hor.6 ½. Hic ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans ab vtraq; parte a tropico ęſtiuo gradibus.57 ⅓.
Randamarcota maximã diem habet hor.13 ½ ¼. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.7 ½. fere.
Metropolis Argyre in Iabadij inſula, maximã diẽ habet hor.12 ½. Diſtatq; ab Alexandria verſus ortum, auſtrali polo ſuper terrã eleuato hor.7 ⅛. Hic quoq; ſol bis in anno ſupra verticẽ fit, diſtãs a tropico ęſtiuo, ex vtraq; parte partes.68 1/12.

Sinarum ciuitates inſigniores

In Sinis Aſpithra magnũ diem habet hor.13. Et diſtat ab Alexandria verſus ortũ hor.7 ⅔ 1/30. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico ęſtiuo, ab vtraq; parte gra.45 ½ 1/12
Sinæ metropolis maximam diem habet hor.12 ⅔ ⅛. Et diſtat ab Alexãdria verſus ortũ hor.8. fere. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, quum diſtat a tropico hyberno ab vtraq; parte gradibus.82 ½.
Cattigara ſtatio maximã diem habet hor.12 ½. Et diſtat ab Alexandria polo auſtrali ſuper terrã elato ad ortum horis.7 ½ ¼. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra verticem, diſtans a tropico hyberno ab vtraq; parte gradibus. 68 ¼.

AREA TABVLAE

Vndecima Aſię tabula cõtinet a partibus.136. aut per fontes Diamonis fluminis, q Gãgi admiſcetur.134 ½. vſq; ad partes.180. Et fit Longitudo partiũ aut.44. aut 46 ½. Latitudo ab æquinoctiali ad Boreã partib⁹.37. Ab ęquinoctiali verſo ad auſtrũ.8 ½. vel.9. Fitq; Latitudo.45 ½. aut.46



140
144
150
154
160
164
170
174
180
Seriae pars
Emodi montes
Seria Montes
Aminachae
Semanthini
Sapolus
Gangane
Sagoda
Archinara
Cacobae
INDI AEXTRA GANGEM
Indapratthae dabasae
Chalcidis regio
Adisaga
Posinara
Daone
Cudute
Lariagara
Agimoetha
Tomara
Aspitta
Barte
Sinus Gangeticus
Magnus Sinus
Tropicus Cancri
Sinus Sabaricus
Mare Indicum
Aurea Chersone
Sinus perimulitus
Theriodis sinus
Sinus interior
Circulus Æquinoctialis
Satyrorum insule
Sinarum Sinus
Satyrorum promotorium
Sarufae insule
Sindae insule
Insule Sabadiae
Maniolae insule
Zabai
Cattigara
Miliaria 50 et 400 stadia
Miliaria 54
Miliaria 60
Indiae intra Gangem pars
10 paral. p Rhodum
9 paralellus
8 para. p Alexand.
7 paralellus
6 para. p Syene
5 paralellus
4 paral.
3 para.
2 par.
1 par.
1 para. versus austr.
2 pal. versus austru

TABVLA ·XI· ASIAE

REGI interdiu dormire non licet, nocte cogitur cubilia per horas mutare, idqꝫ propter inſidias, cum in caſtris non eſt, ſepe exit, nam & ad iudiciũ exit, et audit, ſi hora eſt, vt corpꝰ curet, quod ſtrigilũ fit perfrictione, ſimul et audit, et a tribꝰ perfrictoribus perfricatur. Exit etiam ad ſacrificia, tertio ad venationem vbi Bachico more maxima mulierum caterua circũfunditur, ſtipatores foris manent, via finibus obtexiť, ꝙ ſi quis ad mulieres intro præuaricauerit, capite plectitur, pręcedunt cũ timpana & tintinnabula. Cum in locis ſeptis venatur, aſſiſtunt ei duæ treſue mulieres armatæ. Cũ vero in locis non clauſis venatur, ab elephante ſagittat. Mulierũ aliquę in curribus ſedent, quędã in equis ac elephantis, quẽadmodum & militant, omnibus armis exercitatę, multũ profecto a noſtris diſcrepantes. Atqꝫ hæc etiam a rerũ ſcriptoribus dicuntur, ꝙ Indi Iouem pluuialẽ, & Gangem flumen, & indigetes genios celant, et cum eorũ rex capillos abluat, ſolẽnia celebrent, & maxima dona mittãt, diuitias ſuas certatim oſtendẽtes. In ſeptẽ ordines olim diuiſa gens fuit. Quorũ primus philoſophorũ erat, qui cęteris numero pauciores, honoreqꝫ & dignitate apud reges longe anteibant. Hij ab omni opere immunes, neqꝫ ſeruiunt cuiquã, neqꝫ imperant, recipiuntqꝫ a priuatis ea, quibus ſacra dijs faciãt. & curam habeant defunctorꝝ, tãqꝫ chari dijs, & quę fiãt apud inferos pręcipuę norint, propterea dona plurima, honoreſqꝫ eius impẽdũtur, multum enim proſunt Indorũ vitę, Nam anni principio cõuenientes, ſiccitates, pluuias, vẽtos, morbos pręditũt, cęteraqꝫ quorũ cognitio poſſit vtilis eſſe. Futura enim audientes, tũ populus, tum rex, & futura declinant mala, & bonis futuris imminent. Qui aũt philoſophus falſa pręduxerit, nullã, pręterqꝫ, ꝙ perpetuo ſileat penã ſubit. Secundus ordo eſt agricolarũ, qui multitudine ſuperãtes alios, a bello reliquoqꝫ opere liberi, ſolis agris colendis tempus impartiunt. Nullus hoſtis eos laceſſit, neqꝫ ſpoliat, ſed exiſtimãs illos in genere vtilitatis verſari, ab omni iniuria abſtinent. Itaqꝫ ſoluti metu agricolę, terrãqꝫ libere colentes, rerũ afferunt vbertatem. Viuunt aũt in campis, cũ vxore et liberis, neqꝫ in vrbes cõmeant. Regi dant tributũ, nulli priuato licet agros poſſidere pręter tributum, et quintũ quoqꝫ fructuũ partem regibus impendũt. Tertium ordinem conficiunt omnis generis paſtores, qui neqꝫ in ciuitatibus, neqꝫ villis morantur. Vtunť tabernaculis, venatu ac rhetibus tutas a feris auibuſqꝫ regiones reddunt, hoc exercitio Indiam domeſticã preſtant, multis varijſqꝫ tũ beſtijs, tum auibus ſementi agricolarũ infeſtis copioſam. Quartũ locum artifices tenẽt, quorum pars armis, pars ruſticis inſtrumentis, alij alijs vtilibus rebus fabricandis vacãt, hij non ſolũ immunes a tributo ſunt, ſed frumentũ inſuper a regia percipiũt. Quinto ordine milites, ſed numero ſecũdi, belli diſciplina exercentur, omnis ea multitudo armis dedita, tum equi elephantiqꝫ bello apti, ex regia victum habent. Sextus eſt ordo Ephororum, hij quęcũqꝫ in India aguntur, inſpicientes, regi referunt. Septimo loco exiſtunt, qui publicis conſilijs pręſunt, numero pauciſſimi, nobilitate prudẽtiaqꝫ maxime inſignes.

TABVLA ·XII· ASIAE

Hę ſunt e cognitis totius orbis Prouintijs ſeu Pręfecturis quas duodecima Aſię tabula complectitur.

Taprobane inſula.

ASIAE tabula duodecima cõtinet Taprobanam inſulã, cũ cæteris inſulis circa ipſam.

Parallelus ipſius medius, rationem habet ad meridianũ eandem.

Circũdatur autem tabula ab vtraqꝫ parte Indico pelago

Inſignes inſulę ciuitates

Talacoris emporium maximam diem habet horarum æquinoctialium.12 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum horis.4 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{13}$. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ diſtat a tropico æſtiuo, ab vtraqꝫ parte gradibus.59 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Agadina maximam diem habet horarum.12 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria verſus ortum hor.4 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{10}$. Hic quoqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticem, quũ diſtat ab æſtiuo tropico, ab vtraqꝫ parte gradibus.68 $\frac{1}{12}$.

Maagrannium metropolis maiorem diem habet horarũ.12 $\frac{1}{2}$.fere. Et diſtat ab Alexandria ad ortum hor.4 $\frac{1}{2}$.fere. Hicqꝫ ſol bis in anno fit ſupra verticẽ, quũ diſtat a tropico æſtiuo, ab vtraqꝫ parte gradibus.71 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{13}$


AREA TABVLAE

Duodecima & vltima Aſię tabula cõtinet a partibus.116. vſqꝫ ad partes.135. Et fit Longitudo partium.19. Latitudo ab æquinoctiali verſus ſeptentrionem partibus.12 $\frac{1}{2}$. aut per Cory promontoriũ, ita vt Taprobane appareat ad Indiæ ſitum partibus.13 $\frac{1}{3}$. A meridiæ vero partibus 6 $\frac{1}{2}$. ita vt ſi tota colligatur Latitudo, fiat partium.19 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ aut integrarum.26.

Sunt igitur Aſię Prouincię.48.

Omnes Prouincię noſtrę habitabilis ſunt.49.

26





Miliaria·60
INDIAE PARS
MARE
INDICVM
TAPROBANA·INS·
EQVINOCTIALIS
Equinoctial·hō·12·
Vangana
Canathra
Susuara
Aegidion
Orneon
Nagadiba
Zibala
Zaba
Monacha
Cartos
phileus
irena
Cumara
Alaba
Calandadrua
Arana
Bassa
Balata
Galibi
Soam
Seuni
Morduli
Bocani
Nanigeri
Sub hoc monte usque mare sunt elephantum pascua

TABVLA ·XII· ASIAE


TAPROBANEN inſulã, anteq̃ꝫ temeritas humana exquiſito penitus mari fidẽ panderet, diu orbem alterum putauerũt, & quidem eũ, quem habitare Antipodes crederentur, verũ Alexandri magni virtus, ignorantiã publici erroris non tulit, vlterius permanere, ſed in hęc vſqꝫ ſecreta propagauit nominis ſui gloriã. Miſſus igitur Oneſicritis pręfectus claſſis Macedonię, terram iſtã, quãta eſſet, quid gigneret, quomodo haberetur, exploratam notitię noſtræ dedit. Patet in longitudine ſtadiorũ ſeptẽ miliũ, in latitudine quinqꝫ, Scinditur amne interfluo. Nam pars eius beſtijs & elephãtis repleta eſt, maiorib⁹ multo, q̃ꝫ quos India parit. Margaritis ſcatet, & gemmis omnibus. Sita eſt inter ortũ & occaſum. A Praſſia Indorũ gente, dierũ vigintiquinqꝫ, primo in eã fuit curſus, ſed cũ Papyraceis & Nili nauibus illo pergeretur, mox curſu nauiũ noſtrarum ſeptem dierũ iter factum eſt. Mare vadoſum interiacet, altitudinis non amplius ſenum paſſuum, cęteris aũt canalibus adeo altũ, adeoqꝫ depreſſum, vt nullę vnq̃ꝫ anchorę ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando ſiderũ obſeruatio, vtpote vbi ſeptẽ triones nequaq̃ꝫ aſpiciunt, Vergilię nunq̃ꝫ apparẽt, nam ab octaua in ſextãdecimam tantũ ſupra terram vident. Lucet ibi Canopos ſydus clarũ & ampliſſimũ. Solem orientẽ a dextra habent, occidentẽ a ſiniſtra. Sub Claudij adhuc pricinpatu ęs ſignatũ ignorabãt, pecuniã maxime ſtupuiſſe traduntur, ꝙ ſignata diſparibus vultibus foret, parem tamen haberet morẽ ponderis. Excedunt homines corporũ magnitudine alios omnes. Crines fuco imbuunt, ceruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis, quibus immatura mors eſt, in annos centũ ęuum trahunt, alijs omnibus annoſa ætas, & pene vltra humanã extenta fragilitatẽ. Nulli per diẽ, aut ante noctem ſomnus, noctis partem quieti deſtinant, lucis ortũ vigilia anteuertũt, ædificia modice ab humo tollũt. Annona ſemper eodẽ tenore eſt. Vites neſciũt, pomis abundant. Colunt Herculem. In regis electione, non nobilitas pręualet, ſed ſuffragiũ vniuerſorũ, populus enim eligit ſpectatũ moribus, & inueteratę clementię, & iam annis grauẽ. Rex quadraginta rectores accipit, ne in cauſis capitũ ſolus iudicet, & ſic quoqꝫ ſi diſplicuerit iudicatũ, ad populũ prouocatur, a quo datis iudicib⁹ ſeptuaginta, fertur ſentẽtia, cui neceſſario acquieſcitur. Q, ſi rex aliquo peccato argutus ſit, ac cõuict⁹, morte mulctatur, non tamẽ, vt cuiuſqꝫ manu tractetur, ſed conſenſu publico rerũ omnium interdicta ei facultate, etiã colloquij poteſtas, punito denegatur. Culturę ſtudent vniuerſi, venatib⁹ indulgẽt, nec plebeias agunt prędas, Tigrides & Elephãti tantũ requirũtur. Maria quoqꝫ piſcationibus inquietãt, marinaſqꝫ teſtudines capere gaudent, quarum tanta eſt magnitudo, vt ſuperficies earum domũ faciat, et numeroſam familiam non arcte receptet.



SEPTE TRIO
CIRCIUS
AQUILO
ARGESTES
CECIAS
SUBSOLA
FAVONIUS
VULTURNUS
AFRICUS
EUROAFRICUS
AUSTER
EUROAUSTER
Mare Congelatũ
EUROPA
ASIA
AFRICA
Ethiopia interior
Mare Hircanum
Mare Rubrũ
Mare indicum
Taprobane insula
Clima 1
Clima 2
Clima 3
Clima 4
Clima 5
Clima 6
Clima 7
Equinoct

Oceani occidētalis
Seu Terre Noue
TABVLA

CRISTOPHORVS Co-lumbus natione Italus, patria Genuenſis, gente Columba, vir erat procera ſtatura, colore ad rubedinem inclinato, facię oblonga. Is cum diutius in regia regis Hiſpaniarū inuictiſſimi diuerſatus fuiſſet, animū induxit, vt hactenus inacceſſas orbis partes perq̃; diligenter peragraret. Petijt propterea rurſus et iterū inſtantiſſime ab rege memorato, vt voto ſuo tam pio non deeſſet, futurū ſibi et toti Hiſpanię decus prędarum adſeuerabat, ſi ſua opera & impenſa nouas inacceſſaſq; regiones nactus foret, & ad id opus nauandū, vltro ſe offerebat. Nam pollicebatur, plures poſſe nāciſci in occidēte inſulas, quę ad vſum, immo ad delicias mortaliū minime forēt ineptę. Et imprimis in his inſulis, quę contermine ſunt Indię, inuenire poſſe arbitrabaȓ baccas, ideſt vniones, lapides prędoſos fere omne gen⁹, necnō aromata omnifariā, auriq; plurimū. Hęc meditantē, rex et regina identidē deriſere, vtpote cogitantē inania, et pēſi nullius, vertebaturq; hic ſermo prope in fabellā. Tandem peractis annis octo, inſiſtente adhuc Columbo, cepit rex his ſermonibus aures prebere attentiores, decreuitq; poſt multa experiri viri ingeniū, propterea in effectū huius celebris inſtituti, iuſſit Liburniā vnā, & celoces duas, omni annone armentorūq; genere cōmuniri. Quib⁹ expeditis, prima Septēbris luce. M cccc.xcii. ſoluit ab Hiſpanis littoribus, & diu optatū iter aggreſſus eſt. Itaq; ſoluit a gadibus, iter faciēs verſus inſulas fortunatas, quas nunc Hiſpani appellāt Canarias, ob id, ꝙ canibus maxime abundēt, antiqui vero fortunatas dicebāt. Hę enim abſunt a gadib⁹ MM.cc. prout ipſi cōputant ſuas leucas, dantes vnicuiq; leucę. M. milia. Fortunatas propterea eas dixere, ob aeris miram temperiē, cœliq; clementiam. Sunt in climate per Sienē, verſus meridiē, eas incolunt ferine gentes, quibus nulla eſt religio, nullus dei timor, nulla verecūdia, vtpote qui nudi incedūt vſquequaq;. Eo Columbus conceſſit, aquę nonnihil ſumptur⁹, vt vel inibi ſocij prius parūper


OCENVNVS OCCIDENTALIS
PARIAS
ISABELLA INSVL
SPAG NOHA
ANGLIA INSVL
GALLIA
HISPANIA
Lilbona
AERICEISIVE ETHIOPIE PARS
TROP · CANCS
EQVINOCTIAL
TROP · CAPRI
Hec terra cum adiacentib⁹ inſulis inuenca eſt p Criſtoferum Columbum ianuenſem ex mandato Regis Caſtelle
TERRA NOVA
Antropo phagi hic ſunt
TERRA PAGALLI
Hoc mare eſt de aqua dulci
Hic naſcit Corallus mire magnitudis
brazil
as maidas
S · Michael
S · maria
Babnca
magnana
Jamaiqua
Boriquem
C · Viridum
Rio grande
Serra de S · Thoma
Pagus · S · pauli
Rio de caruanoze
Quelibet Hazz diuiſi omi continet Mili · ital

cōquieſcerēt, ꝙ atrocioribus aſſueſcerēt laboribus, nā qui
ſulcāt maria incompta, his neceſſe eſt, prope labores innu
meros exandare. Soluens igitur illinc, arabat maria, & per
dies. xxxiii. totidēqꝫ noctes nauigans verſus occidentem,
nihil telluris vnqꝫ apparuit. Tandē vt e ſpeculo quiſpiam
inſulas quaſdā conſpicatus eſt, propius accedentes, videre
inſulas ſex. Quarum duæ erant vaſtiſſime, eiſqꝫ nomina
indidit, Alteram Hiſpaniā, Ioannam alterā nuncupauit.
Ioannā non ſatis cōpertā habuere, vtrū foret inſula velne,
dum tamē eius latera legunt, audiuere innumeros, auium
concentus, & imprimis luſciniarū, quę denſiſſimis nemo-
ribus inerrabāt, menſe nouembri. Inibi etiam conſpexere
limpidiſſima fluuia, eadēqꝫ ad potandū ſuauiſſima, por-
tus magnos celebreſqꝫ. Et cum vento Choro nauigarent,
prouecti ſunt magis ſecus inſulę littora, nuſquā tamen ad
calcē peruenere. Cū igit̄ progreſſi fuiſſent fere. M ccc. leu.
et nullum terminū adhuc comperiſſent, credidere conti-
nentē fore, propterea decreuere gradū referre, impellente pe
lagi ſeuitia. nam malus, ideſt arbor nauis nutare incipie-
bat. Conuertit itaqꝫ nauē ad orientē, & mox deuenere ad
eam inſulā, quę dicitur Iſpana, & cum ſumme appeterent
terram, explorareqꝫ ad aquilonem vergebāt, & iam limiti
terrę appropinquātibꝰ condicto ratis maxima in ſcopulū
quendā, colliſa eſt, adeo, vt iam adhiſceret, verū ſubmergi
nequiuit, ob planiciem ſaxi, mox accurrūt cū cymbis viri
celocis alterius, & ſocios e faucibus Neptuni arripuere,
fere moribundos. Cum terrā appuliſſent, conſpecti ſunt
ab incolis eius inſulę, qui protinus effuſe fugerunt in ne-
mora denſiſſima, non aliter, ꝙ ſi fugacē leporē cōſectaret
canis genus inauditū. Noſtri tū veſtigia inſequūtur fu-
gientium, & mulierem quandā corripuere, quam cum ad
naues reduxiſſent, vino & obſonijs prope diſtentam, &
eleganter veſtitā, miſſam faciūt, nam ipſę nudi incedunt,
et humaniores omnino ignorant delicias.



TABVLA NOVA

HYBERNIAE, ANGLIAE, ET SCOTIAE.

DE ANGLIA ET HYBERnia, in prima Europæ tabula ſatis dictum eſt. De Scotia autē hoc in loco aliquid dicendum eſt. Scotia eſt ſuprema Anglię pars, ad ſeptētrionem tenui freto ſiue fluuio ab inſula dirempta; nec procul inde Hybernia, Hyrlandiā vulgus vocat. Indiſcreti inſulanorū habitus, indiſcreta fere omnia, eadē lingua, ijdem mores, ſubita ingenia, & in vltionem prona, ferociaq; in bello inſignis, ſobria, & inedia patientiſſimi, elegāti forma, ſed cultu negligētiori. Scoti a pictura corporis nuncupati, vt quidam arbitrantur, vetus & vulgare fuit, pectus, brachia, manus encauſto figurare, q̊d in paucis hodie ſeruatur, atq; ijſdem ſiluestribus. Veteres ſcriptores, Britannorū fuiſſe aiunt, quando in pugnam ituri eſſent, corpora ſibi tingere, ad terrorē, vt credere par eſt. Inuidi natura, ac cęterorum mortalium cōtemptores: Oſtentant plus nimio nobilitatem ſuam, vt in ſumma etiam egeſtate ſuum genus ferant ad regiam ſtirpē. Gaudent mendacio, nec pacem colunt vt cęteri Angli. Scribit Pius pōtifex, dies ibi brumales trium ferme horarū eſſe. Cęterum & illud mirabile in ea gente obſeruaſſe, Mendicantes circa diuorū templa lapides in elemoſynam a prętereuntibus colligere, quibus ad vſum ignis vterent. Caret lignis ea regio; lapis qui datur ſulphurea eſt materia, aut certe pinguis. Refert quoq; Aeneas inueſtigatam a ſe ibi eſſe arborē, ſed nō repertam, cuius caduca folia in ſubiectū amnem prolapſa, in volucres verti dicerentur, adijcit audiuiſſe poſtea a locorum peritis, id miraculi in Orcadū vna ſpectari.


TABVLA MODERNA HIBER.
OCEANVS OCCIDENTAL
OCEANVS GERMANIC
SCOTIA
HIBERNIA SIVE IRLANDA
ANGLIA
DACIE PARS
GERMANIE PARS
GALLIE PARS
Albis R.
Brazil
Sanchuli
Salvaga
Arcati
londra
Scala Germanica
10 20 30 40 50 60

TAB· MO· HISPAN·

TABVLA ſecunda Europæ, de Hiſpania ſatis dictũ eſſet, ne tamẽ aliquid in noſtro opere vacuũ maneat, paucula de moribus Hiſpanorum ſubſequuntur. Hiſpanorum fœminę res domeſticas agrorũq; culturas adminiſtrant, ipſi vero armis & rapinis inſeruiunt. Breui vtuntur veſte, ac nigra, lanam habente ſimilem caprarum pilis. Peltas in bello paruas, ex neruis confectas, quibus tegatur corpus habẽt, his in bello ea agilitate vtuntur, vt et ictus & ſagittas euitẽt, Iaculis ferreis hamatiſq; vtunt, galeas ferunt ęreas, criſtatis palmis, gladios ex ferro puro, ad palmi menſuram; quibus in conſerta vtuntur pugna. Ferrum ſuo more ad conficienda arma præparant. Nam ferreas laminas in terrã abſcondentes, ibi tã diu eſſe ſinũt, quoad debiliori pte, ferrugine abſumpta, validior ſupſit, ex eo tum enſes fortiſſimos, tũ cętera ad belli vſum arma neceſſaria componunt. Hoc pacto fabricata, adeo cedunt omnia, vt neq; ſcutũ, neq; galea, neq; aliud qcquã ſit, q̊d eis obſiſtat. Duobus gladijs fulti, cũ equeſtri certamine ſuperiores euaſerint, ex equis deſiliunt, & pedeſtrã adiuuant pugnam. Iaculis longe iaciũt, & ſumma arte, in aciæ diutius perſeuerãt, mobili corpore, leuiq;, vt facile fugiãt hoſtẽ, et inſequantur. Bella ad numerũ aggrediũtur, hoſti obuiant cantando. In pace choreas leui ſaltu exercent, cum quadam crurum agilitate. Erga nepharios homines atq; hoſtes crudeles ſunt, cũ aduenis humani atq; hoſpitales, aduenĩetes enĩ externos, hoſpitio benigne recipiunt, adeo vt emulatione quadã pro illorum honore certent. Quos aduenę ſequũtur, hos laudant, amicoſq; deorum putant. Mulieres ferrea monilia collo geſtãt, ſupra verticẽ coruos incuruos habentia, et ante frontem longius incumbentes, ad quos cum velint, velum attrahunt, vt extentum, faciei vmbraculũ prębeat, idq; ipſę pro maximo ducunt ornamento. Quadam itẽ in parte tympanulũ circũducitur, ad poſterioreſq; in occipite neruos capiti vſq; ad auriculas adſtrictũ, in altum latũq; ſupinatur. Alię ſincipiut expilatũ enudãt, adeo vt amplius q̃ frons ipſa pateat. Aliquę impoſitũ ad pedis menſurã, in ſublime ſtilũ erigũt, cũi ceſariẽ circũtexũt, deindeq; pileo nigranti exornãt.


GALLIE PARS
OCEANVS OCCIDENTAL
MARE LIGV STI CVM
HISPA NIA
POR TO GAL LIA
CASTI LIA
GALLIC
BISHA IA
ARRA GON
LO NIA
ETCAT TA
GRANATA
Rauanella Mons
pirenei Montes
Baiona
Saragosa
Lisbona
Toletu
Granata
Sibilia
Gades
Stritum Sibilie
Maurita nie ps
Maio rica
Minorica
Euiza
Cormedera
Stala italica
